

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Zweiter Band.

Mit fünf Handschrift-Tafeln.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1877.

XII.

B e r i c h t

über eine

Reise durch Steiermark

im August 1876.

Von

W. Wattenbach.

Schon in den Jahren 1847 und 1849 hatte ich einige Klöster in der schönen grünen Steiermark besucht, und mich dort längere Zeit hindurch mit den Handschriften ihrer reichen Bibliotheken beschäftigt (s. Archiv X, 429. 446). Da eine Nachlese jetzt wünschenswerth erschien, nachdem nicht, wie ich gehofft hatte, von anderer Seite meine Nachweise verwerthet waren, habe ich eine Ferienreise benutzt, um die mir damals so lieb gewordenen Stifter noch einmal aufzusuchen; wenn ich auch viele meiner alten Freunde, und die Herren Prälaten, welche mich damals so freundlich aufgenommen hatten, vermisste, so fand ich doch andere auch jetzt noch wieder, und in der Herzlichkeit und Gastlichkeit der Aufnahme hatte sich nichts verändert.

Zunächst war es das Cistercienserkloster Reun oder Rein, welches ich am 17. August aufsuchte; der lateinische Name ist Runa, und in deutscher Sprache sind jene beiden Formen gleichmässig gebräuchlich. Der Prälat, Herr Vincenz Knoedl, empfing mich mit grösster Freundlichkeit, und gestattete mir, die Handschrift, mit welcher ich so rasch nicht fertig werden konnte, mit nach Gratz zu nehmen. Ueber die Handschriften des Stifts sind wir jetzt sehr genau und vollständig unterrichtet durch die verdienstliche Arbeit des Bibliothekars Herrn P. Anton Weis, in den Beiträgen zur Kunde steiermärkischer Geschichtsquellen, 12. Jahrgang, 1875: Handschriftenverzeichniss der Stiftsbibliothek zu Reun. Hieraus war mir auch, wie N. A. I, 607 bemerkt ist, bekannt geworden, dass sich die beiden N. A. I, 186—189 abgedruckten Gedichte im Cod. 35 saec. XII. befinden, was wegen der Lücken und zweifelhaften Stellen sehr willkommen war. Der Text lässt sich jetzt vollkommen sicher herstellen, und ich lasse die Varianten hier folgen.

I. Cod. Run. 35 f. 261; v. 1 quisque tenetur; 7 vitium procluius; 10 claudat; 12 exequitur; 13 Ah miser! ó nimium; 15 patientia; 17 languet; 20 presbiter; 24 Que; 27 erat intro locata; 31 silet. omnis in; 32 eclypsin; 35 videant u. stupeant; 37 in minimis; 38 invia condiderit.

II. ib f. 262' unmittelbar nach I. Ueberschrift: De morte comitis Friderici et aliorum; v. 1 Questio discurret; 8 solido; 9 posse; 11 Hos parcendo iuuat; 15 docet edis; 16 dominum; 21 fulmina; 24 nefasta; 25 invitatis; 26 domus; 27 Est casus tetri nova res; 32 onus. quod (so hatte vielleicht auch Mon.); 33 facti famose nobilitati (sic); 34 suggero vix animo; 35 dies prefixa; 41 Conueniunt. disconueniunt; 43 frequens sententia ducta; 44 approbo; 45 sequestra (das kann auch im Mon. gestanden haben); 47 silendo; 50 cadunt comites. nam cecidere; 51 fehlt; 55 uobis. — Doch die Verse 39–46, welche die lebendige Schilderung der Berathung enthalten, setze ich lieber vollständig her:

Intra primates de federe pacis habendo

Utile consilium ducitur in medium.

Conueniunt, disconueniunt pro tempore, pro re:

Quod reprobant illi, suscipiunt alii.

Itque reditque frequens sententia ducta per altos

Magnatum sensus: approbo tale forum.

Jamque loco poscente domus in parte sequestra

Eligitur stacio colloquii studio.

Durch Herrn Dr. W. Meyer war ich auch darauf aufmerksam gemacht, dass sich nach der Angabe des P. Anton Weis l. c. S. 72 im Cod. 84 auf dem Rückdeckelblatt noch zwei längere Gedichte aus dem 12. Jahrh. befinden. Sie sind in gleichzeitiger Schrift ausserordentlich eng und gedrängt mit sehr vielen Abkürzungen geschrieben. Der Inhalt ist leider nicht geschichtlich, aber sie gehören doch zu bestimmten Orten und Persönlichkeiten, von denen wir sonst sehr wenig wissen, und gewähren ein Zeugniß für die lebhaft Beschäftigung mit dem classischen Alterthum und die achtungswerthe formale Bildung, welche damals in vielen deutschen Bisthümern und Klöstern zu finden war. Deswegen möge es gestattet sein, sie hier mitzutheilen. Die Fehler sind grossentheils Folgen der damals herrschenden fehlerhaften grammatischen Meinungen, und die Dunkelheit des Ausdrucks veranlasst durch den lästigen Zwang der leoninischen Hexameter. Das erste dieser Gedichte ist zum Preise eines Bischofs von Regensburg verfasst, von dem, wie Herr P. Anton Weis bemerkt, v. 102 gerühmt wird, dass er nicht durch das neue Schisma sein Chrisma erlangt habe. Er vermuthet deshalb mit grosser Wahrscheinlichkeit, dass Bischof Kuno II. von Raitenbuch gemeint sei, welcher am 9. October, dem Tage des h. Dionysius, 1167 erwählt wurde und 1168 auf dem Würzburger Hofstage sich weigerte, von dem schismatischen Erzbischof Christian von Mainz die Weihe anzunehmen. Komischer Weise folgert Gemeiner in seiner Regensburger Chronik (I, 265) aus einer Stelle der Miracula S. Eberhardi (MG. SS. XI, 102), dass er im Jahre 1168 aus seinem Bisthum vertrieben sei, während dort nur von einem Exorcismus die Rede ist, bei welchem der Gestank des Teufels ihn und den Erzbischof von Salzburg nöthigte, sich von ihren Sesseln zu entfernen. Nach

unserm Gedicht ist dem Bischof nur Glück widerfahren und der Kaiser muss ihm gestattet haben, sich von einem alexandrinischen Bischof weihen zu lassen. Er selbst hat 1172 Diepold von Passau geweiht (Cont. Cremifan. SS. IX, 546). Er starb 1185. Das Gedicht, bei welchem ich auf die Deutung der astrologischen Gelehrsamkeit verzichte, lautet:

- Urbibus é cunctis spetialibus inclita punctis,
 Alma Ratispona, summi patris excole dona!
 Qui tibi metropolim Norice gentis dedit olim,
 Is dedit hoc evo tibi pontificem sine nevo,
 5 Qui bonus et mundus, totus teres atque rotundus,
 Vincit honestate, virtute, fide, probitate,
 Regni primores, ut stellas luna minores.
 Fertur homo talis passim felicibus alis,
 Ad quarum plausum vehemens leo supprimit ausum,
 10 Quas temptando parum penne fatiunt aquilarum.
 Mirum quod constat, quia Fortune rota non stat,
 Nec tamen ipsa viro dubio nocet emula gîro.
 Dic, meus antistes, ubi res fuerint tibi tristes,
 Aut ubi cepisti quod non mox optinuisti?
 15 Ecce tue laudi subscribere quoslibet audi.
 Ore tibi festo benedicitur in manifesto;
 Hac in parte manum, si non est credere vanum,
 Ut vulgo dici solet, ipsi dant inimici,
 Nec lingue munus negat in tua lucra vel unus.
 20 Sic tibi semper erit: nunquam tibi gratia derit;
 Offitium plebis, ut habes, ita semper habebis.
 Cur hoc aut unde? de sursum, non aliunde.
 Rex tibi virtutum sit honoris nobile scutum:
 Hoc volumus, petimus, hoc optant summus et imus.
 25 Sane si crescit, et fama modum tua nescit,
 Fontem sincerum tantarum judico rerum
 Hunc, qui cunctorum pater extat et altor honorum.
 Attamen ut quedam paulisper ludicra dedam,
 Preter dona dei sunt hic lucra materieï.
 30 Vomere vel cultro non illa quis eruet ultro,
 Sed studio mentis, quod non est insipientis,
 Tantam quero viam causasque per astronomiam;
 Sed vereor multum, ne trufas sit dare stultum.
 Istius artis opus Chaldea sacerque Canopus,
 35 Et primum Siria dedit, atque Mesopotamia.
 Post hec sidereus dispensator Phtolomeus
 Supra walzagoram vestigandam dedit horam.
 Finibus immensis dedit arbiter Hispaliensis
 In planetarum sedes usum tabularum.

- 40 Nos hec legisse non est puto desipuisse:
Pinximus in cribro, quod discit homo sine libro.
Thebet, Plotinus, Theofrastus, Aratus, Eginus,
Non michi neglecti, sed sunt pro tempore lecti,
Nec latet hic fucus, quem fecit Arabs Humenucus.
- 45 Hic, mirum dictu, primo cadit arbor in ictu,
Et vix erratur, si non secus introeatur.
Jam modo vim quandam verbi pro tempore pandam.
Astrea lex jussit, Jovis ut planeta tuus sit.
Est Aries signum tibi, fixum, forte, benignum.
- 50 Esse domum Martis hic lege fatebimur artis.
Sumunt verba fidem: Jovis est versatus ibidem,
Qua tibi conlatus fuit hora pontificatus,
Et directus erat, si quis verum retro querat.
Nec deus absque dea, Jovis absque sua Citharea,
- 55 Tam certa sede Hammonis fulsit in ede.
Aspectus leti veniunt de parte triceti,
Lune crescentis ad dorsum Falcitenentis,
Qui fugit exclusus, quia non bonus est suus usus.
Sic de quadrato Sol spirat lumine grato,
- 60 Fortunatus et is aspectibus undique letis.
Advertisse male sidus puto Mercuriale,
Sed si triste venit, hoc retrogradatio lenit.
De prope Mars residet et in auge velud pira stridet,
Rexque tui signi privato deditus igni,
- 65 Nusquam combustus rutilo micat ore venustus.
Preterea stabili potuit sedisse cubili,
Cum si conpones certas horum rationes,
Sint que figantur, sint sedes que moveantur.
Optimus iste status et pulcre continuatus,
- 70 Quique suis mire valeat processibus ire,
Sicut in Alcoaris libroque stat Albumazaris.
Cui princeps Jovis est, huic sane plurima vis est,
Famam qua pollet, sibi vix infamia tollet.
Nec reor Ammonis signum parve rationis
- 75 Propter Mavortem, signi dominum bene fortem.
Hec cui forma cadit, constanter in obvia vadit,
Prestat virtute, raro nimis absque salute
Vel sibi conatur, vel quidquam consiliatur.
Est bene munificus et amicis fidus amicus,
- 80 Et nimis exosum tenet omne superciliosum.
Non curat fastus, argutos prevenit astus,
Militia gaudet, et supra quam satis audet,
Et quos non Marte premit, illos subicit arte.
Nimirum gratis sine sanguine vir probitatis
- 85 Ad proprios postes feriendo proterit hostes.
Dapsilis est multum, raro variat sibi vultum.

- Qualiter hinc veros formet titulos meus heros,
 Advena seu civis poterit cognoscere quivis.
 Stat Jovis inque casa Martis, quia bellica vasa
 90 Pulcre fortunat, Venerem sibi letus adunat.
 Lune crementum dat in hoc ipso documentum,
 Et bonus aspectus est Falcifer, unde profectus
 Sic isdem rebus sua jactans lumina Febus,
 Qualiter in palam celebrem suspenderis alam,
 95 Magnos rumores et claros signat honores.
 Mercurius certe quiddam conando super te
 Assultus movit, tua quos industria novit.
 Novit eos, inquam, bene nota proinde relinquam:
 Tantum subjuncta breviter michi sint duo puncta.
 100 Tu, pater, offendi potuisti, non reprehendi,
 Cum subito verbum revocavit Cesar acerbum,
 Jamque novum scisma non imposuit tibi crisma:
 Inmo, quo nolles caruisse, sub unguine polles.
 Gaudeat his donis sibi barba potens Aaronis,
 105 Gestans unguentum juxta psalmi documentum.
 Sub celi rore vivo pascatur odore,
 Qui fluit á capite celestis principe vite,
 In quo viva bona, de quo sunt optima dona.
 Hic liquor unguenti solus placet omnipotenti,
 110 Quem loquitur psalmus: quis hic est nisi spiritus almus?
 Nescit scismaticus gravis ista Sion inimicus,
 Expertes olei sunt ejusdem Pharisei,
 Qui sibi sunt montes Hermon, anathemate fontes.
 Tum ros Hermonis descendit in alta Sionis,
 115 Cum nova Christicolis micat alti gratia solis.
 Que sacramenta tegis, jam pares, littera legis.
 Nobis illa toga, quam gestavit Sinagoga,
 Debuit infundi karismate roris habundi,
 Sicut nosse vales, per barbas pontificales.
 120 Pontificis functus noster vice, maximus unctus,
 Dum capud excussit, barbam pinguescere jussit.
 Militat inde spei sacre sub dote fidei
 Per barbam vestis donis sibi predita festis,
 Unguine festivo, supreme pacis olivo.
 125 Exclamavisse verbo licet Ethiopisse,
 Que vi sermonis exhausta sui Salemonis,
 Miratur qui sit, cui nil sapientia desit.
 Ordo ministrorum, cultus, vultus puerorum,
 Gloria vasorum, lex ipsa ministeriorum,
 130 Edes, expense, fastus, convivium, mense,
 Templi structura, sacrorum mistica jura,

- Mentes regine stupefecerunt sine fine.
 'Actenus in mundo rumor tuus', inquit eundo,
 'Quidquid clamavit, vix te mihi dimidiavit.
 135 Fama minor vero de tali personat hero'.
 Absistant fraudes, cantabo tuas ego laudes,
 Canto, cantavi, cantabo poemate suavi:
 Te non obstrusa modio recolet mea Musa.
 Sollennis passim vehor aura in eam michi classim.
 140 Corde potenter amo, que metri scemate clamo.
 Nam si fas esset, ut dissimulatio cesset,
 Annos presentes evitarem quasi sentes,
 In medio quorum vix est memor ullus honorum.
 Sevi, districti, tristes sunt et maledicti.
 145 Regnat ubique dolus: tu pene places michi solus.
 Bis duo fluxerunt, que dudum secla fuerunt:
 Sortis honor quinte totus stat et integer in te.
 Sed quid si canto diffusius hec aliquanto?
 Secula Saturni veteres cecinere coturni,
 150 Quando verecundus pulcro stetit ordine mundus.
 Liber tam morbis quam criminibus fuit orbis,
 Libera peccatis placuit via simplicitatis.
 Aureus ille status, ter dico quaterque beatus.
 Nemo sicofanta turbabat gaudia tanta.
 155 Jam tunc nullus egens, nullus soli sibi degens,
 Cuique fides et amor, nusquam fraus, jurgia, clamor.
 Procedente mora succedunt deteriora,
 Vivens argentum status est et vita sequentum.
 Ceperunt flecti paulisper ab ordine recti,
 160 Corda tument fastu, verum confunditur astu.
 Cepit tedere quosdam sacra jura tenere.
 Mentes corruptas dominandi prima voluptas
 Nequiter invasit, et federa rumpere suasit.
 Simplicitas premitur, rerum dolus arce potitur.
 165 Sed necdum talis fuit impietas generalis:
 De multis aliquos corruptio fecit iniquos,
 Et vulgo gentes in simplicitate manentes,
 Sunt tanquam bruti dominantia frena secuti.
 Post intervallum subiens ex ere metallum
 170 Fuscavit mores, vitiavit mentis honores.
 Materies clare ceperunt degenerare.
 Ex tunc paulatim, non primo tempore statim,
 Induit ipsa malam mentem gens impia palam.
 Prodiit infido baratri de fonte cupido,
 175 Triste secuta scelus; clamores, jurgia, zelus
 Convaluere brevi pro sanctis legibus ævi.

- Nec tamen interea vatum resonante chorea,
 Si certum queris, modulatio defuit eris.
 Nam cum non rarus esset latro, mechus, avarus.
 180 Sanxerunt reges adversus crimina leges:
 Gens vellet nollet legum moderamine pollet.
 Jam successit ei status atre materiei:
 Sensit gens gentem, male providus armipotentem.
 Sanguis abit fusus, belli percerebruit usus,
 185 Mortibus infensis scutum celebratur et ensis.
 Propter conplosas ferro gentes animosas
 Ferrea dixerunt ea, que tunc secla fuerunt.
 Jam modo de testa succedunt secula mesta,
 Occubuit pietas quam prisca reliquerat etas,
 190 Sanguinea torque succedunt ira furorque,
 Et metus exsanguis et cura, domesticus anguis,
 In tegumen fraudis proprie venatio laudis,
 Usus prodendi, turpis deceptio mendi.
 Ludit justitiam, pietatem, philosophiam,
 195 Fraus, heresis, scisma, blasphemia, rêca, sophisma.
 Feda truannia regnat pro philosophia.
 Reges et vates letantur ad improbitates,
 Munera vel grates reddunt super impietates.
 Jam satis huc usque tulit ista deus dominusque,
 200 Qui dum te misit, semel isto tempore risit.
 Sit tibi, sit queso, que quondam copia Crëso,
 Sit conplevisse tibi fas annos Masinisse,
 Sit tibi que quondam laus extulit Epaminondam,
 Delectare bonis sub fortuna Scipionis.

Das zweite Gedicht hat leider noch weniger geschichtlichen Inhalt; es ist zum Preise eines Abts Robert (v. 62) von Ebersberg verfasst, aller Wahrscheinlichkeit nach des zweiten, im ausgehenden zwölften Jahrhundert, und hat wenigstens das Verdienst, uns zu zeigen, dass auch in diesem Kloster, von welchem wir nach dem Schluss der älteren Chronik fast gar nichts mehr vernehmen, die classischen Studien werthgeschätzt wurden. Der von Sorgen und Krankheit, wie es scheint, bedrückte Abt sollte durch dieses oft kaum verständliche Geschwätz erheitert werden: hoffentlich hat das Gedicht diesen Zweck erreicht. Die Sprache ist hier oft noch willkürlicher behandelt als in dem vorhergehenden; gegen das Ende erhebt der Dichter sich im Lobe des Frühlings zu recht schönen Stellen. Es lautet:

Eberspergensî nichil abbati fore sensi
 Gratiûs in rebus, quam que tinxit labra Febus.

195 rêca deutlich. Du Cange erklärt reca, ein neugriechisches Wort, als flagellum.

- Forma formosus, pretio trahitur pretioso,
Fama famosus, studio gaudet studiosus.
- 5 Ipse michi tinguam Pegaseo nectare linguam,
Ut solvantur ei sacra sacre dona fidei.
Scribam jocunda, nolim temptare profunda.
Vere novo fretus, post tristia tempora fletus
Leta loquar letus, requiem loquar irrequietus.
- 10 Dum velud albus olor fati dispendia solor,
Procedente mora manus excipiat graviora.
Plus sibi quam census, placeat vox, littera, sensus,
Que sudore meo de fonte bibi Pegaseo.
Sed quid materia placet hec tibi, diva Thalia?
- 15 Vernaes odas ut scripturus metra prodas?
Dicam, nec Febo mea fila movente silebo.
Sim, pater et domine, tibi preco bonus medicine,
Ni magis ipse velis in te tibi stare fidelis.
Est tua natura, dum nescis, interitura.
- 20 Curam que rodit, tuus, ut novi, status odit,
Iram que torret, complexio mitis abhorret.
Vulnere te crudo tristis necat anxietudo,
Motibus invisibilibus facit in te dum paralis,
Exterius sentis non nunquam vulnera mentis.
- 25 Parce tibi, parce, descende parumper ab arce,
Nobiscum sprete cape sollicitudine leta.
Ne male te frangas, curis animum minus angas.
Hec quasi divina tibi voce cadat medicina,
Qua melior nulla, qua non sit verior ulla.
- 30 Leta proinde tibi debebunt scemata scribi,
His animadversis, cum tam bonus atque tener sis.
Mirum si dormis, quem tot capit hec via formis,
Miror quod nescis refici tam suavibus escis.
Tempore florifero quid florum dem tibi, quero:
- 35 Sed quis non frustra tibi mitteret alba ligustra,
Quem, cum sis tantus, deceat rosa, baccar, achantus?
Dum tibi, dulcis homo, breviter panegerica promo,
Conlige nobiscum vernos flores et hibiscum.
Nempe carent felle Fauni Driadesque puellae,
- 40 Dat proprii fenus capitis pater ipse Silenus,
Pan, deus Arkadie, pars est bona philosophiae,
Nimfas Junonis non spernit homo rationis,
Et lapides Pirre, jactos in culmine Cirre,
Et passim Musas Cintheo gramine fusas.
- 45 Omnibus omnino fotu quodam genuino
Ver novus aspirat, quem temporis ordo regirat,

15 'scripturus' ist ein grober Fehler, wie 46 'ver novus', oder in 'scripturo' zu ändern.

- Tanquam majestas, cujus sit diva potestas.
 Forma venustatis, vernantibus ordine pratis,
 Aspectum nostrum tanquam varium tenet ostrum.
- 50 Jam rebus cunctis vivo sibi federe junctis,
 Non solum terre bona scit Venus optima ferre:
 Inmo vix ulla proprio caret igne medulla.
 Dum gravius prurit, quod acerbius humet et urit,
 Veris natura dispensat publica jura,
- 55 Succurrit rebus pulsis intemperiebus.
 Vere cadunt rores, flant venti prosperiores,
 Prata gerunt flores, adducunt ligna virores.
 Aufert ergo mala plaudente Favonius ala,
 Hinc generale bonum dat et expectabile donum.
- 60 Quod mala secludat, quod delitiis sibi ludat,
 Dant elementa fidem, modo vivida, tristia pridem.
 Tu simul adverte, pater ó meus, alme Ruberte,
 Quamquam non rarum genus hoc sit delitiarum.
 Permulti nempe scripserunt florida Tempe,
- 65 Letitias rerum, processus temperierum.
 Nos quoque dicturi, que sint sua gaudia ruri,
 Gaudia que montes, que servant denique fontes,
 Gaudia quecunque sunt terrarum mariumque,
 Inter dicenda, cum singula sint sine menda,
- 70 Non ignoremus que jactavit Polifemus,
 Cantibus equoream mulcere parans Galatheam,
 Et que cantasti, dum pauper amator amasti,
 Sacraque de collo tibi canna pependit, Apollo.
 Temperies verna produxit secla veterna,
- 75 Tempore mundus eo processit, ut est in Hebreo,
 Nec tacet ipse Maro, quem credo fallere raro.
 Hiberni menses deerant tum, si bene censes,
 Vernaque jocundum reddebant secula mundum.
 Ver sonat á vero, nisi forte superflua quero,
- 80 Vult quoniam vere, placet hoc sibi nomen habere.
 Numquid et a Veneris dictum ver nomine reris?
 Quod quicunque putat, nec in hoc sibi tramite nutat.
 Denique mater ea sub lege viget Citharea,
 Piscis enim pisce gaudet sub solibus hisce:
- 85 Jam coeunt eque pecudes, jumenta fereque.
 Ut quid ego Frixi nondum sacra vellera dixi?
 Que splendent sursum, mare non metuentia rursum.
 Gaudet ibi Febus isdem sibi rite diebus;
 Dum zodiacteam mediam tenet ille choream,
- 90 Purior aura venit, boream nova gratia lenit,
 Incipit ipsa spei fructum lux alma diei.

- Jam, pelagus, sentis operosa negotia gentis,
 Et mala damna minus metuis tibi, nautica pinus.
 Nec mulcet Tracum volucrem nisi tempus opacum:
- 95 Partes longinquas, hieme concesserat in quas,
 Mutat, eas iterum petitura, falanx acierum.
 Pleps aciem servat, neque se nisi rite catervat,
 Jocunde castra disponens ipsa sub astra.
 Deditus hic somnis non est exercitus omnis,
- 100 Partibus ignarum non est opus excubiarum:
 Aere sub nudo vigilum sacra sollicitudo
 Gentem custodit, et voce pericula prodit.
 Candida venit avis, animalibus emula pravis,
 Quam longo rostro veri dedit Affrica nostro.
- 105 Ver solet afferre volucres é viscere terre,
 Quas hieme tota victus ratione remota,
 Quis genius fovit, mater Proserpina novit.
 Nam propriis aditis manet invisus puer Itis,
 Quem mater dira stupri mactavit in ira,
- 110 Qui nisi sit cesus, et ni sit turpiter esus,
 Murmure facundo non obvolitabit hirundo.
 Si non uxori pateant illata sorori,
 Incertum plane cantabit laudula mane.
 Sola dat Alcione rara fetum ratione:
- 115 Denique non tepidum suspendit ab arbore nidum,
 Nec solet in vere vel ad austros ova fovere,
 Sed cum supremo magis alget in ethere temo,
 Ova jacit cruda pelagi statione sub uda:
 Vix aliqua parte propria fulcitur ab arte.
- 120 Quantum preclare nosti, Natura, juvare,
 Salva sit ut soboles, ad vernos edita soles.
 Sidera nam pacas, ventos, auras, mare placas,
 Et facis intenta teneris pullis elementa:
 Fetus vitales nova donec hauriat ales,
- 125 Nequaquam bella pelagi ciet atra procella.
 Hec equidem cautis res est notissima nautis,
 Qui propriis rebus famulantur in hisce diebus,
 Ut que proveniant tute commercia fiant.
 Vox mea, succumbis, si nidificare columbis
- 130 Turturibusque velis: data gens est illa querelis,
 Nec dum letatur, gemitu caruisse putatur.
 Dat fetus auca, dat anas, gallinaque rauca.
 Pendulus est asser, petit unde cubilia passer.
 Inplet cornicum totum gens emula vicum,
- 135 Gaudet porrectis numerosa monedula tectis.
 Corvus vere novo maturior insidet ovo:

- Phlegia scit mater, volucris color unde sit ater.
 Veris ut ad dotes sua transtulit astra Bootes,
 Armiger ipsa Jovis propriis super insidet ovis,
 140 Que quia plus fervet, contendit ut edita servet,
 Ne sint majore velut absorbenda calore.
 Ergo cauta satis lapidem fert frigiditatis;
 Hunc pia formido consuevit ponere nido,
 Quo semel inbuta redduntur pignera tuta,
 145 Nec tam formosus lapis est hic quam pretiosus.
 Jam volucres pandam, veris spetiem memorandam,
 Ut tanti noris quantum sit pondus honoris.
 Que vivunt rapto volucres, si vera coapto,
 Non fatiunt ullos nisi certo tempore pullos.
 150 Observat pignus pietatis aquas prope cignus,
 Ad nidum letus sedet in ramis alietus,
 Turtur cum fulica, cum pico denique pica,
 Vultur, cardwellus, turdela, parix, amarellus.
 Haud Arethusa tace milvum cum nicticorace,
 155 Et cum pavone, psitaco, mergo, strutione,
 Turdum, perdicem, sparalum, rurlen et oricem,
 Sturnum, bubonem, simul et vespertilionem.
 Ut ver inducas, constanter cucule cantas,
 Sed cito desistis, ad cetera tempora tristis.
 160 Inservire feris, quibus est lascivia veris,
 Hic me converto, quas tempore canto reperto.
 Jam fetu plenam solvit Lucina leenam,
 Et quod non rarum, partus jam solvit equarum.
 Frixi sub stella ludit lasciva capella,
 165 Balatus magnos humiles dare percipis agnos.
 Cervorum soboles et vulpis adultera proles,
 Frixeum vellus imitatur uterque tenellus.
 Veri, res nota, novus astat rinocerota,
 Quos formidantes ad aquam pariunt elefantes.
 170 Tigris seu parda non sunt animalia tarda,
 Quorum jam parva soboles spatatur ad arva.
 Urse duntaxat uterum par gratia laxat.
 Tu lupa crudelis, rudibus par scema camelis
 Fetum producis vernalis tempore lucis.
 175 Fert bona Lucina fessis uteris medicina:
 Inperiosa dea, plus vere vicens, Citharea,
 Ut rursum venter tumeat, facit inpatienter.
 Quid taceam nemora? que sic vestit brevis hora,
 Ut qualemcunque capiant heriumque deumque,
 180 Qui tanquam viso delectentur paradiso.

161 canto ist unsicher, weil der obere Theil der Zeile abgeschnitten ist.
 175 medicina als pl. n. ist durch den Reim geschützt.

- Secretis nemorum gaudent sacra furta deorum,
 Cultus pratorum quasi gaudia sunt oculorum,
 Cultus hortorum delectamenta saporum,
 Flores lignorum sunt oblectamen odorum.
- 185 Per nemorum saltus aurem júbilus tenet altus,
 Quomodo mulcet avis melico modulamine suavis,
 Quam laute pascit dans voces singula quas scit.
 Quam juvat et reficit, quotiens lusciniâ stricit,
 Merula leta sonat, vel vocem quisquîla donat,
- 190 Seu bona turdela, seu dulce canens philomela.
 Est armonia, memorat quam philosophia,
 Armonia poli, rationi conscia soli,
 Quam non exaudit, quidquid mare terraque claudit,
 Juxta preceptum factoris corpore septum.
- 195 Non lira, non cithara, quantumlibet utraque clara,
 Hanc simulant tantum, nemoris jubilatio quantum.
 Has Natura doces, mater sanctissima, voces,
 Delitias multas, quas equat nulla facultas,
 Et tales he sunt, quod nullius propriæ sunt.
- 200 Non proprium solem, non terre denique molem,
 Non flantem ventum, non aera sive fluentum,
 Nec certe proprias volucrales immologias,
 Fecit cunctorum Deus auctor et altor honorum.
 Fecit Natura volucres per agrestia rura
- 205 Oblectamentum, jubili superi monumentum.
 Audiat hec quivis, probus, improbus, advena, civis,
 Rusticus, urbanus, juvenis simul et veteranus,
 Dives pauperque, gradus omnis, sexus uterque,
 Et sibi quo gaudent, factorem secula laudent.
- 210 Preterea rores quasi dulces veris honores,
 Ventorum flamen, pluviarum mite levamen,
 Omnia commendant, quo veris gaudia tendant,
 Cedunt factoris in laudes omnibus horis.
 Si bonus est oculus, homo non sit equus neque mulus.
- 215 Hec ubi conplevit, jam lassa Thalia quievit.

Ausserdem sah ich mir nur noch den Martinus im Cod. 56 chart. saec. XV. an, welcher von anderer Hand nach 'veniens est defunctus' eine kurze Fortsetzung der Pabstgeschichte enthält. Diese aber ist lediglich ein sehr dürftiger Auszug aus Weilands *Cont. Romana* (nach Scheffer-Boichorst *Urbevetana*) MG. SS. XXII, 476—482, und endigt wie diese 'Nicolai tercii sepelitur'. Unter Martin IV. heisst es: 'Hujus tempore multa fuerunt disturbia in Ytalia, Apulia et Sicilia, de quibus longa est narracio sed infructuosa et ideo obmissa. Hic papa post mortem ipsius dicitur diversis sanitatum signis apud infirmos claruisse, et qui scripsit dicit se hec vidisse'.

Das Augustinerstift Vöra an der ungrischen Grenze unweit Hartberg ist noch immer fern von allen Eisenbahnen, da die Bahn über den Wechsel wohl beabsichtigt wird, aber doch noch in ziemlich entfernter Aussicht steht. Um so herzlicher wurde ich am 20. August von dem Prälaten, Herrn Isidor Allinger, empfangen, und Herr Felix Kramberger, der Bibliothekar, welcher sich auch meines früheren Besuches noch erinnerte, übergab mir mit grösster Bereitwilligkeit die Handschriften, welche ich mir erbat, da ich mich früher nicht eingehend mit ihnen hatte beschäftigen können. Der Herr Prälat hat seitdem durch die gütige Uebersendung der kostbaren Handschrift der Kaiserchronik zur Benutzung in Berlin unsere Gesellschaft zum lebhaftesten Danke verpflichtet.

Zunächst war es der Cod. 12 s. XII. (Arch. X, 627), welcher meine Aufmerksamkeit in Anspruch nahm. Auf fol. 121 beginnt die 'Passio S. Quirini mart. VIII. k. Apr. cujus translatio est XVI. kal. Julii. ab Heinrico monacho dictata'. Ich konnte sie jetzt vergleichen mit der Ausgabe von Theodor Mayer im Archiv für Kunde Oesterr. Geschichtsquellen III, 325—351, nur leider nicht vollständig, da hier viel weggelassen ist, und Abschrift der fehlenden Stellen mich zu lange aufgehalten hätte. Eine kritische Ausgabe der verschiedenen Bearbeitungen nebst den Quirinalien des Metellus¹⁾, wäre sehr wünschenswerth, aber für die MG. doch wohl kaum zweckmässig. Th. Mayer benutzte eine Pezische Abschrift der alten gleichzeitigen Handschrift in Tegernsee; diese ist jetzt in München Cod. lat. 18571 f. 130—153; vorher geht die Historia Langobardorum des Paulus.

Th. Mayer nennt als Verfasser nach dem Vorgange von Jos. Moriz den bekannten Wernher von Tegernsee; hier aber ist der wirkliche Verfasser genannt, denn der Text stimmt vollständig überein, mit geringen Abweichungen, der Gamminger Handschrift näher stehend²⁾. Auf f. 123 steht am Rande als gleichzeitiger Zusatz ein Epitaph auf Herzog Arnulf, den die Mönche den Bösen nannten:

Epitafium Arnoldi.

Vivens pollebam faciens quecunque volebam.

En nichilor sub humo. sic erit omnis homo.

1) Ueber die Handschriften s. Bursian in d. Sitz.-Ber. d. Münch. Ak. III. (1873) S. 493—497. Eine Abschrift der 6 Bücher scheint in Melk zu sein 2) S. 345 steht: 'Comes Otto . . . judices etiam inmites ponebat, qui jura comitis' etc. wo im Tegernseer Codex steht: comicius. S. 347: 'advocatiam juniori Hainrico. seniore Ottonem nutritium usque ad annos congruos minori fratri decreverant', wo bei M. aber nicht im Codex der zweite Theil des Satzes fehlt.

Dasselbe steht im Tegernseer Codex f. 137 am Rande von der Hand des Correctors, welcher weiterhin auch den Text geschrieben zu haben scheint. Nach dem Schluss 'didicimus' folgt von derselben Hand die Passio Tiemonis, welche zu der Ausgabe derselben benutzt ist (MG. SS. XI, 52); hierauf eine Auslegung der Sprüche Salomonis, an welche sich f. 139 v. von derselben Hand, ohne Ueberschrift, ein ganz kurzer Auszug aus dem sog. Caecilius Balbus (ed. Wölflin Basil. 1855) anschliesst¹⁾. Darauf folgen f. 140 v. verschiedene Sprüche und Gedichte²⁾, darunter dieser:

Si guttur transit Venus et sua puncta³⁾ remansit,
Camphora per nares castrat odore mares.

Castrat odorantem sine vulnere camphora amantem.
Camphora castratum reddit sine vulnere corpus.

Unmittelbar daran schliessen sich die Verse an den Priester Alger, aus welchen ich eine Probe schon früher mittheilte. Auf den ersten Blick scheinen sie aus einer Zeit und Gegend zu stammen, wo die Priesterehe noch bestand; doch lässt der Inhalt kaum annehmen, dass hier unter 'mulier' eine Ehefrau zu verstehen sei. Obgleich etwas unsauber, mag das formgewandte Gedicht als culturgeschichtlich interessant hier eine Stelle finden; dass das einseitige Studium des Ovid seine Schattenseiten hatte, wird sich kaum in Abrede stellen lassen. Es lautet:

Prespiter Algere, tibi consilium dare vellem,
Si velles nostro cedere consilio.

De muliere tua Walpurgi, quam tenuisti
Per longum tempus, longa querela tibi.

5 Quicquid ab ore tuo sermonis sepius exit,
Hoc totum semper de muliere tua.

Turbat amatorum te turba, tuoque fruuntur
Jugiter, et nimia rumperis invidia.

Pallidus efficeris, vultusque colore fugato

10 Effundis lacrimas nocte dieque gemens.

Insequeris medicos, medicinas queris et herbas,
Ut mulier proprio cesset ab officio.

Nec medici medicina tibi quicquam Galieni
Proficit, emplastra non valere tua.

15 Non tibi savina, non salvia, non piper album,

1) Aufschrift saec. XV.: Secuntur auctoritates philosophorum bone. 'Eraclitus dixit. Nulli imponas quod ipse pati non possis (I, 20) — Diogenes. Sapienti expedit tacere pro se. quam loqui contra se. Neminem tacendo multos loquendo circumventos esse'. (XXVI, 3). 2) Zuerst 1 Hex. mit den Monatsnamen 'Ja. fe.' etc. Dann 2 Hex. 'Preco puella' inter Hildeberti. Cenom. Opera ed. Beaugendre p. 1232. 3) fem. dem franz. *pointe* entsprechend.

- Nulla potens herba, potio nulla valet.
 Sed quid ad hec dicam, vel quid medicamina ponam,
 Ut possis solam solus habere tuam?
 Hoc unum dico tibi, sicut amicus amico,
 20 Utiliusque tibi nescio consilium:
 Rivalem patienter habe, tunc rivus habundans
 Piscibus innumeris omnibus omnis erit.
 De muliere quidem testatur Ovidius ipse:
 Mille licet sumant, deperit inde nichil.
 25 Et melius satis est, ut rivales patiaris,
 Scandala quam moveas de muliere tua.
 Si centum vigiles oculos velut Argus haberes,
 Ipsa negans totum diceret: 'Hoc nichil est'.
 Quamdiu vulva patens fuerit mulieris amantis,
 30 Numquam cessabit querere quæ sua sunt.
 Ergo miser nimis es, si custodis mulierem,
 Infantum custos craculus alterius.
 Hic mos in terra semper fuit, ut mulieres
 De propriis rebus velle suum facerent.
 35 Quæ nostri tenuere diu decreta parentes,
 Non licet ut stultus quilibet amoveat.
 Hoc in decretis pape Nasonis habetur,
 Quod mulier plures possit habere viros.
 Hoc tu decretum firmum sub pectore serva,
 40 Ne sis catholica pulsus ab ecclesia.

Der Probst Bernhard wird schwerlich gewusst haben, was er da abschreiben liess: In buntem Wechsel geht es so weiter:

Moyses

- § Bis silicem virga dux perculit atque propheta,
 Ictio bina ducis sunt duo ligna crucis.
 Fons est de petra populo datus absque metreta,
 Larga salus homini corpore de Domini.

Beide Distichen getrennt kommen unter Hildeberts Werken vor, bei Migne CLXXI, 1281 u. 1284.

- § Cum socia carpebat anus per devia callem,
 Inque specu stomachi ponere cepit onus.
 Nisa dedit crepitum, lepus exilit, atque tenetur
 Cruribus alterius: dicite cujus erit.
 § Condoleo vos de nichilo tractare frequenter,
 Cum genus et speties nichil esse probabo patenter.
 Non probó sicut homo, qui nititur esse sophista,
 Sed probó sicut homo, qui vere destruit ista.

Obgleich es nur ein Anfang ist, und noch Raum vorhanden war, folgt doch nichts mehr. Auf dem folgenden Blatt 141

‘Romulus frater Remi cepit Aventinum collem’ u. s. w. über das Asyl und die Eintheilung des Jahres, dann von den Sibyllen, schliessend mit den bekannten Versen: ‘Judicii signum—incredulus atque fidelis’. Darauf folgen Verse über die römische Curie, wie sie im zwölften Jahrhundert so häufig zu werden beginnen, doch ist die folgende Klage über die Unterdrückung der Lehrfreiheit und der Studien eigenthümlich.

Roma, reclamanti morem gere matris alumno:

Urbs que mater erat, facta noverca michi est.

Hec miscet pro nectare fel, pro lacte cicutam,

Pendet ab uberibus nostra ruina suis.

5 Predicat atque docet, nullum debere doceri,
Meque docere bonum dedocet esse bonum.

Dens reus assuitur labiis, rea lingua palato,

Non licet ore loqui: nutibus ergo loquar.

Si lego, si doceo, sicut docet, (est) anathema:

10 Si bibo, si sedeo, cur anathema minus?

Ergo nichil doceat, qui jam vult doctus haberi:

Qui jam vult sapiens esse, nichil sapiat.

Preferimus fatuos ac (d. i. hac) tempestate disertis:

Est aliquid nostro tempore scire nichil.

15 Scire nichil quondam viciū fuit, amodo virtus,

Jam nichil est viciū preter habere nichil.

Eia dormitis, Romane numina sedis,

Quorundam cervix concutienda fuit.

Urbs celebris, dormis, urbs urbe celebrior omni,

20 Cui celebrem fieri Naso Maroque dedit.

Ecce nocent artes, artes procul ite nocivę!

In vestro lapidor nomine: sutor ero.

Cardo sacer mundi, compago piissima rerum,

Cur inconcusso vertice, papa, sedes?

25 Ad te respiciunt, ad te se cuncta supinant,

Ad sanum redeunt saucia membra caput,

Cum lacrimisque tue pietatis ad hostia pulsan,

Querentes portum pectore, papa, tuo.

Surge, vide, vigila: Simon incarcerat artes,

30 Hostis Romani nominis atque tuus.

In virtute dei, vir honeste, repagula laxa,

Artibus auditum redde michique loqui.

Verba potes verbis et linguam solvere lingua:

Tu mea solve tuis, solve meamque tua.

35 Sic tibi crescat honor, sic sit tibi fructus honoris.

Der Pentameter fehlt; unmittelbar darauf folgen andere Sprüche, welche theilweise auch sonst vorkommen, so Carmina Burana p. 23.

§ Roma tenes morem nondum saciata priorem:

Donas donanti, partis tibi participantī,

Sed miser immunis censetur, eum quia punis.

§ Accipe, sume, cape, tria sunt communia pape,
Nil do, nil presto, nequeunt succurrere mesto.

Ohne Unterscheidung folgt ein etwas längeres Gedicht, welches a. a. O. ohne den ersten Vers und in ganz gestörter Ordnung zu lesen ist:

Non est Romanis cure legatus inanis:

Si dederis marcas et eis impleveris arcas,

Pena solveris, quacunque ligatus haberis.

Ergo non nosco, quamvis cognoscere posco,

5 In quo papalis res distet et imperialis.

Rex capit argentum, marcarum milia centum,

Et facit illud idem paparum curia pridem.

Rex capit audacter, sed domnus papa latenter:

Ergo pari pena rapientes sic aliena

10 Condempnabuntur, quia Symonis acta secuntur.

§ Roma manus rodit, si rodere non valet, odit.

Dantes exaudit, nil dantibus hostia claudit.

Accusativus si venerit ante tribunal,

Aut accuseris aut accusaberis ipse,

Proficit in neutro, si venerit absque dativo.

Hierauf folgen die häufig vorkommenden Verse de Hermaphrodito (Anthol. ed. Riese n. 786), welche hier schon v. 9 endigen in der abweichenden Form: 'Pes hesit ramis pendens. caput incidit undis'. Dann die Verse Eugens von Toledo über die ägyptischen Plagen (p. 16 ed. Sirm. 1619), der bekannte Vers 'Curia Romana non curat oves sine lana', und dann folgende:

Roma sitit, sitiensque bibit, bibit atque bibendo

Plus bibit et sitit et bibit et sitit et sitiendo,

Quid faciat nescit, quoniam sitis arida crescit,

Nec minuetur ei sitis immense rabiei,

Ni prius in Roma distillent aurea poma.

Den weiteren Inhalt können wir hier übergehen.¹⁾

Das Candelabrum eloquentiae von Boncompagnus im Cod. 70 ist seitdem von Rockinger benutzt worden, und in den Quellen z. Bayer. Gesch. IX, 128—174 ein Auszug daraus mitgetheilt.

Eine reiche Fundgrube lateinischer Gedichte aus dem 12. Jahrh. bietet wieder Cod. 111. Zuerst f. 43 v. das Mantelied, welches ich daraus Arch. X, 628 mitgetheilt habe; zuletzt habe ich über dieses weitverbreitete und vielförmige Gedicht gehandelt im Anz. d. Germ. Mus. XIX, 286. Dann:

1) Nur ganz kurz verzeichne ich hier 'Exulis est nomen' (2 Hex.) 'Lex pacto cedit' (2 Hex.), dann was im Anzeiger des Germ. Mus. XXIII S. 359 u. 360 gedruckt ist.

§ Res dare pro rebus, pro verbis verba solemus.

Pro nudis verbis montanis utimur herbis,

Pro caris rebus pigmentis et speciebus. (Carm. Bur. p. 254)

§ It capra, fertur olus redit hec, lupus it, capra transit.

In der Hs. steht zweimal id. Offenbar wird hier auf irgend eine Fabel angespielt.

§ Voce places facie sordes, si queris amari,

Canta, sed cantans, ne videre cave.

§ Non medicus vanus, tria sunt, os, erreus anus.

§ Corripe, parce, mone fac quod facis ex ratione.

§ Pascitur et pascit, caro, verbum, corpora, corda.

§ Simonis in tecto etc. de Maria Magdalena (5 Hex.).

Es folgt f. 48 ein längeres Gedicht, ein Abriss der Erlösungsgeschichte, anfangend

Arbore pro quadam protoplastus corrui Adam,

Quinque per etates condemnans posteritates.

Es ist deshalb merkwürdig, weil die häufig vorkommenden Schmähverse auf die Weiber mit ähnlichem Anfang offenbar eine Parodie darauf sind, s. Anz. d. Germ. Mus. XX, 255. Sitz.-Ber. d. Münch. Ak. III, 709. Dann 'Omnibus in factis bene ceptis sive peractis' (11 V.) vgl. die Münch. SB. a. a. O. Hier aber folgt darauf ein längeres Gedicht über Syllogismen, gleichlautende Wörter u. a., anfangend: 'O pater eterne qui cuncta regenda superne'. Wer darüber genauere Auskunft wünscht, findet beide Stücke, ebenso verbunden, auch im Cod. lat. Mon. 17212 f. 14 v. — Weiterhin f. 50 einige Verse, deren bessere Hälfte von v. 9 an, doch nicht ohne Abweichungen, auch a. a. O. der Münch. SB. S. 708 zu finden ist; v. 9. 11. 10. 15 stehen unter Marbods Gedichten bei Migne 171, 1684.

Est doctrina boni bona, lac et pellis ovina.

Est doctrina mali mala, fauxque caroque lupina.

Est doctrina boni mala, felle recocta farina.

Est doctrina mali bona, linguens lingua canina.

5 Est cum doctrina bene vivens, lux saphirina.

Est sine doctrina mala vita, quod arida spina.

Est cum doctrina male vivens, lux faculina.

Est sine doctrina bona vita, laterna petrina.

Cum sine doctrina nil proficiat medicina,

10 Nec sine doctrina portum petat ulla carina,

Nec sine doctrina mittantur in equora lina,

Nec sine doctrina fugiat lepus ora canina,

Nec sine doctrina fugiat canis ora lupina,

Nec sine doctrina det nobis vinea vina,

15 Audi doctrinam, si vis vitare ruinam.

Weiterhin finden sich die Verse:

Luci pretendor, ne ledat lumina splendor.

Sum ne lux lumen violet, ne cera volumen.

Am Rande steht roth in jüngeren Schriftzügen 'gūseinmich'. Es muss eine Lichtmanschette gemeint sein. Dann ein moralisches Gedicht, anf. 'Omne quod est, nichil est, nisi verum tendat ad esse' (15 V.), auch im Cod. lat. Mon. 17212 f. 21. — Fol. 50 v. ein langes Gedicht 'In eos qui de forma confidunt', anfangend

Cur amplexaris quod amas, homo, cur veneraris

Munera Fortunę blandiciasque deę?

Fol. 51: Soli sunt athomi tocus corpora mundi. Epicurus.

Falsum, sed terra, sed calor, aer, aqua. Empedocles. u. s. w. s. N. A. I, 182. Dann Septem sapientum sententiae 'Quaenam — nocere' wie in P. Syri sent. ed. Wölfflin (1869) p. 149, doch fehlt v. 4, und bei jeder Zeile steht ein Name, wie bei Hild. p. 1336. Hierauf:

Formula vivendi presto est tibi: Pauca loquaris,
Plurima fac, sit utrisque comes modus, utile, pulchrum,
Obsequiis instes, ea pro te munera poscent.

Sobrius a mensis, a lecto surge pudicus.

5 Stans casum metuas, speres prostratus, et illum,
Quem colis in titulis, miserum abjectumque tuere.
Ut decet et prodest, et amabis et oderis idem.¹⁾

§ Si bene quid facias, facias cito. nam cito factum
Gratum erit. ingratum gratia tarda facit.

Gratia que tarda est, ingrata est. gratia namque est,
Cum fieri properas, gratia grata magis.

Dann 'Si preceptorum' wie N. A. I S. 181, nur fehlt hier nicht v. 12: 'Miseris huc quedam. facies ut cetera credam'. Hierauf 'Versus Platonis (l. Catonis). Translati de Greco. Utilibus monitis' wie Anthol. ed. Riese n. 716. Hierauf

Contra amatores seculi de inconstantia rerum.

Quid torqueris, homo, quid frustra sollicitaris,
Fortuitis inhians occiduisque bonis?

Ende f. 52: Quere quod ęternum, quod metam nesciat. hoc est:
Quere deum summum sufficiensque bonum.

Contra delatores (dilatores?) de necessitate mortis
et contemptu ejusdem.

Quid te fallis, homo, quid spe seducis inani,
Promittens vite tempora longa tuę?

Ende: Qui scis an rapiat mors inmaturo repente,
Forsitan adveniēns pulsāt initivē fores.

1) Mit der Aufschrift 'Ad nepotem' bei Hildebert p. 1333, aber abweichend und mit Umstellung der Verse.

De paupertate.

Felix paupertas, quovis secura tumultu,
 Tuta inter strepitus sollicitosque metus.
 Pauper eget paucis, eget omnibus omnis avarus:
 Pauca michi desunt, sordide, cuncta tibi.

De sobrietate et ebrietate.

Ebrietas, hec mamma malorum materiesque,
 Sobrietas, hec flamma malorum perniciosque

u. s. w. 12 Verse. Dann 15 Pentameter 'Quis recte rex est?' u. s. w. vgl. Otto, Comm. in codd. Giss. p. 157. Cod. lat. Mon. 5594 f. 231. Dann 18 Verse, der Anfang eines längeren Gedichtes, dessen Rest später folgt; wir werden es weiter unten mittheilen. Hierauf folgen die schon Arch. X, 628 angeführten Briefe; der unwissende Rubricator, der auch sonst viele Fehler gemacht hat, setzt Carduensis statt Cardinalis, was Pangerl nicht hätte nachschreiben sollen.¹⁾ Das 'Certamen pape et regis' f. 53 v. war schon früher von mir abgeschrieben. Es folgt f. 55 v. nach allerlei Sinnsprüchen die 'Meditatio animae fidelis': 'Cum revolve toto corde', bei Daniel, Thes. hymnol. IV, 199.²⁾ Dann 'Viri venerabiles, viri litterati', die so häufige Praedicatio Goliae (Wright, Walter Map p. 31), und endlich f. 57 die Beichte des Bischofs Imbrico oder Embrico von Würzburg (1127—1147), welche ich der geschichtlichen Persönlichkeit wegen mittheile, verglichen mit Cod. lat. Mon. 6911 s. XIV. f. 123, wo die Ueberschrift fehlt und der Verfasser nicht genannt ist.³⁾ Ebenso steht sie in der Wiener Hs. 878, aus welcher Denis I, 1, 758 den Anfang mittheilt; er hielt Marbod für den Verfasser.

Confessio Imbriconis episcopi Wirzburgensis.

Cum bene perpendo, quis sim, male semper agendo,
 Numquam cessando, sed prisca novis cumulando,
 Tunc me preteritę confundit ineptia vitę,
 Et lacrimas fundo sic ore loquens tremebundo:

5 'Summe deus, quid agam? quid agam, quia sentio plagam,
 Plagam feralem, plagam, deus, exitialem?
 Nam quod me lesit, penetrati cordis inhesit,
 Cujus plaga mali nisi cedat ab hoc penetrati,

1) Beiträge zur Kunde steierm. Geschichtsquellen IV. (1867) S. 103. 2) nämlich v. 1—16. 29—68. 71. 72. 119. 132. 137—152. 101—104. 161—164. 177—184. 3) Vorher gehen hier die Distichen:

Vulpe salitur ovis, dum densis vepribus heret:

Hac genitos Ligures fabula stirpe refert.

Impliciti sunt sex viciis: a vepribus unum,

A vervece duo, cetera vulpis habet.

Gens a vepre tenax, ove suplex, vellere mollis,

Gens a patre suo cauta, dolosa, pavens.

1 quis Den. quid V. qui M. mala Den. 2 sic M. 7 corde M.

- Quis me curabit? quis saucia corda levabit?
 10 Tu solus, domine, cujus prestant medicinę,
 Ut desperatis redeat vigor integritatis.
 En ego confusus antiquos cogito lusus,
 Quasque per etates varias feci levitates.
 Nil non temptavi, sed nec fore dulce putavi,
 15 Nilque fuit blandum, nisi constitit esse nefandum.
 Gustus et olfactus, auditus, visio, tactus,
 Nil michi fecerunt aliud nisi quod nocuerunt.
 Nam dum per gustum gula ventrem replet onustum,
 Inpletus venter mala suggerit impacienter,
 20 Et Veneris tēlum pectus transfigit anhelum,
 Dumque libidō furit ac me velut ignis inurit,
 A turpi Venere me non possit cohibere
 Transfodiens hasta Finees male corpora casta.
 Sed nec odoratus caret in me labe reatus,
 25 Quo sic erravi, quod vel Dathan superavi,
 Qui luit erratum terrę subito per hiatum.
 Insuper auditus semper peccare peritus,
 Uno tam diram verbo michi concitat iram,
 Ut pacis fēdus non redderet hic citharedus,
 30 Qui tangendo liram regis conpescuit iram.
 Quando per historiam lego cecatum Sedechiam,
 Miror tam vani quod sunt oculi michi sani,
 Sed quia iusticia tunc usus es in Sedechia,
 Nunc me clementer supportas et pacienter.
 35 Si tactus modicus in Oza reputatur iniquus,
 Archam ne caderet dum sustentando teneret,
 Dicere quid possum quoniam miser inter eos sum,
 Qui sacramenta tua tractant mente cruenta?
 Num talis laicus merito non esset iniquus?
 40 Ast ego peccator videor legis fore lator
 Et sublimatus per honorem pontificatus,
 Cujus honoris onus multo fero crimine pronus.
 Quippe quid injunctum michi sit, scio per caput unctum,
 Et qua lege data michi sit manus ista sacrata,
 45 Cur pes ornatus, cur scandalis decoratus.
 Sed quę pretendo specie cultuque verendo,
 Non ago non operor: super hoc ergo michi meror
 Et dolor est mentis magnus quasi parturientis.
 Verbum doctrine si tali claudere fine
 50 Assidue cuperem, quod ego bona si qua docerem,
 Ipse prius facerem, tibi sic fortasse placerem.

11 tedeat M. 18 onustum V. 21 hac V. velud M. 23 mala M.
 26 subitum terre M. 27 peccando M. 33 Sedechya V. 37 qui M.
 43 quod V. 44 quia V.

- Sed neque dicendo placeo tibi nec faciendo.
 Verbo non prosum, reus autem si taceo sum:
 Sic miser ignōro quid agam, dubiusque laboro.
- 55 O quam molē gravi premitur mens conscia pravi!
 Hei michi, quid feci, que qualia semina jeci!
 O quales messes meterem, nisi tu pius esses!
 Nullus dampnatus fuit umquam tam sceleratus,
 Sed neque dampnandos adeo reor esse nefandos:
- 60 Nemo meis igitur par peccatis reperitur,
 Nec despero tamen. sed adhuc expecto juvamen,
 Voce loquens humili: Fer opem, patris unice fili!
 Ad te suspiro, deus, et tua dona requiro,
 Qui desperatis confers tua munera gratis.
- 65 Tu condempnasti merito crimen protoplasti,
 Sed licet iratus fueris, tamen es miseratus.
 Quippe videns hominum genus ad mala queque supinum,
 Ire sub inferna pro traditione paterna,
 Ut nos erigeres celoque locare valeres,
- 70 Celo descendis, homo factus pro redimendis,
 Natus mirifice de virginea genitrice.
 Que vite porta quamquam sit regibus orta,
 Quando narratur stirps regia vel numeratur,
 Thamar in hac serie censetur et uxor Urie,
- 75 Utraque peccatrix legisque sacre violatrix.
 O quam prudenter factum, quam convenienter,
 Ut peccatores habuisses progenitores,
 Per quem salvandus peccator erat miserandus.
 Numquid, flos Jesse, non vis hujus memor esse?
- 80 An non et memor es, quantos in carne labores
 Propter me tuleris? non ergo michi misereris,
 Pro quo sudasti. flagra, sputa, crucem tolerasti?
 Ne, queso, domine, me proicias sine fine,
 Quem moriens redimis de mortis faucibus imis,
- 85 Et memor esse satis potes illius pietatis,
 Qua latro salvatur, cum discipulus reprobatur.
 Hoc etiam, care Jesu, pariter memorare,
 Quod cum vicisti mortem victorque redisti,
 Quam tu mundasti, de qua prius ipse fugasti
- 90 Septem demonia, te vidit primo Maria:
 Quo facto pandis, quod iniquis justificandis
 Omnia fecisti, Jesu, quecumque tulisti.
 Quicquid fecisti. nobis factum voluisti:
 Natus, passus, obis, surgis, subis ethera nobis,

- 95 Ut nos erigeres celoque locare valeres.
 Sed cum descendas ut justa quibusque rependas,
 Iudex venturus, sua premia cuique daturus,
 Sola redemptorum tunc spes et vita tuorum,
 Tunc commissorum pariter memor esto meorum,
 100 Ne sit cum reprobis in abyssu porcio nobis.
 Immo largire tecum simul astra subire,
 Quo precessisti, precium mundi, caro Christi.

Hierauf folgen in der Münchener Hs. die Versus magistri Petri contra Simoniacos, s. Anz. d. Germ. Mus. XX, 102. XXIII, 76. Dann folgt hier f. 124 ohne Ueberschrift, in der Vorauer Hs. aber unmittelbar das Gedicht von Rüdiger, welches hier eine Stelle finden möge, weil ausnahmsweise der Verfasser, und zwar mit deutschem Namen, genannt ist, wenn ich ihn auch nicht nachzuweisen vermag.

De vanitate seculi Rudigerus.

- Fistula dulce sonat ut aves in retia ponat:
 Prospera delectant, ut nos in scandala nectant.
 Piscis inescatur capiens a quo capiatur,
 Mens delectatur cupiens in quo moriatur.
 5 Me mundus lesit, michi mundus ut hamus inhesit:
 Mundum lesus amo, saliens quasi piscis in hamo.
 Me capit indago, me mundi ceca vorago,
 Me male jocundus rapit ad sua gaudia mundus.
 Ridens flenda gero, gaudendo tristia quero,
 10 Quero spernenda, spero que sunt metuenda.
 Amens illud amo, quod amatum perdit amantem,
 Illud habens habeo, quod habentem reddit egentem.
 Ydropicus mire discit potando sitire,
 Vir cupidus misere consuescit habendo carere,
 15 Improbata mens nimium cupiens sequitur fugitiva:
 Sponte perit, sua dampna gerit, cupiendo nociva.
 Cum satis utrumque perpendo, bonumque malumque,
 Eligo pejora, licet aspiciam meliora.
 Fomes peccati nos alligat impietati,
 20 Adtrahit, astringit, captivat, crimine cingit.
 Quod quandoque volens, illud facio modo nolens:
 Arbitror ut nolim, sed adhuc volo sicut et olim.
 Versor in hoc mundo quasi vel navis vel arundo,
 Quam rapit infestus hac illac ventus et estus.
 25 Turbo quatit varius hanc cimbam corporis hujus.
 Per varios motus ego discordo michi totus.
 Spiritus atque caro motu vexantur amaro:
 In me pugnatur, in me michi pugna paratur.

- Nos gravat, ut nostis, caro nostra, domesticus hostis,
 30 Pugnat et instigat, querens ubi spicula figat,
 Si bene pugnatur, caro servit, mens dominatur;
 Si male certatur, caro vincit, mens superatur.
 Sed caro vel numquam vel vix superabitur umquam,
 Numquam sedatur, nisi celitus hoc tribuatur.
 35 Murmurat ancilla contra dominum vetus illa,
 Cauda caput frangit, caro mentem duriter angit.
 Pax michi nulla datur nisi pax quam mors comitatur,
 Pax peccatorum, pax inpu gnanda malorum.

Hier schliesst sich nun in der Münchener Hs. das schon oben (S. 404) erwähnte Gedicht an, welches wohl von demselben Verfasser sein könnte, und in der Vorauer so seltsam zerstückelt ist. Geschrieben ist es dort als ob es die Fortsetzung des vorhergehenden wäre, doch ist von diesem der letzte Vers auf dem unteren Rande nachgetragen, und ein kleiner Unterschied in der Handschrift wahrzunehmen. In der Vorauer folgt hier der Rest, der aber mit § an verschiedenen Stellen bezeichnet ist, als ob es ganz verschiedene Gedichte wären, während der Anfang sich ohne Unterscheidung dem Gedicht von Rüdiger anschliesst. Es lautet:

- Ve michi, ve misero, quid cogito, quid michi quero?
 Quid volo, quo tendo, quod debeo sic faciendo?
 Quid michi mundana, quid honores, nomina vana?
 Quid favor extensus, quid vestes, quid michi census?
 5 Quid cibus inmodicus, quid opes, quid multus amicus?
 Quid sata, quid rura, quid terrea, quid peritura?
 Terrea majestas nichil est nisi dives egestas,
 Terrea laus flatus, honor est onus et cruciatus,
 Res hominum plane nichil est nisi nomen inane,
 10 Res fugit humana quasi nix, quasi sompnia vana.
 Hec mundana mari bene possunt equiperari,
 Suntque vocanda mare, quia non cessant fluitare.
 Que vix paulatim nimio sunt parta labore,
 Hec leviter subito pereunt remanente dolore.
 15 Nos et nostra sumus quasi flos agri, quasi fumus,
 Nobiscum nostra pereunt quasi ventus et umbra.
 Ecce nivis more perit infans unius hore,
 Vivit et absque mora moritur qua nascitur hora,
 Nascitur et moritur, deponitur et sepelitur,
 20 Non homo sed vermis, non vir sed truncus inermis.
 Dives pauperque pinguisque macerque peribunt:

29 et nostis M. 30 Incitat inst. M. 34 hic V. v. 1 ff. in
 der Vorauer Hs. f. 52 v. 18 Verse, der letzte ist 58. Diese habe ich
 nicht abgeschrieben. 10 fuit M. 15—62 in V. f. 58. 20 seu
 fermis M. 21 in M. corr. zu Dives et pauper.

- Quo fera mors, fera sors vocat hos, equaliter ibunt.
 Sunt humus et limus vir, femina, summus et imus,
 Servus liberque, vetulus juvenisque puerque.
- 25 Hoc sumus, hoc erimus, et eramus, et hoc bene scimus:
 Nam quod erat primus, erit omnis homo, quia limus.
 Hoc sunt, illud erunt, illud quandoque fuerunt,
 Qui modo sunt vel erunt, vel qui nunc usque fuerunt.
 Fluxa, caduca, levis, carnis substantia quevis
- 30 Crescens decrescit, quoniam crescendo senescit.
 Nascimur ut simus, sumus ut pereamus, et imus
 Illuc unde sumus, quia terram terra subimus.
 Terra sumus, terram colimus, terrena propago,
 Instabiles, fragiles, mortales, mortis ymago.
- 35 Nudi nos homines de terra venimus omnes,
 Nudi venimus huc, nudi transibimus illuc.
 Huc nichil adtulimus, nichil hinc abducere quimus:
 Nil abducemus, nisi si bene quid faciemus.
 Res et opes tales, tantę, tam perpetuales,
- 40 Nunquam perdentur, quia nos in morte sequuntur.
 Sanctorum merita non aufert mors neque vita,
 Non rapiunt fures, non possunt rodere mures.
 Ergo vacate boni non carni, sed rationi,
 Ut bona parcetis, que qualia quanta valetis.
- 45 Talem thesaurum super argentum, super aurum
 Querite querendum, querentibus inveniendum.
 Me scio non facere, quod vos presumo docere,
 Me scio tardare, qui vos facio properare.
 Tardus currentes, decrescens proficientes,
- 50 Sanctos pollutus, magnos impello minutus.
 Mundos immundus, pudibundos inpudibundus,
 Cultos incultus, prudentes instruo stultus.
 Eger sanatos, tenebrosus clarificatos,
 Claudus vadentes, cecus produco videntes.
- 55 Lapsus constantes, dormitans evigilantes,
 Durus compunctos, solus considero cunctos.
 Ad patriam designo viam, duco doceoque,
 Nec vado quia sponte cado, jaceo pereoque.
 Factor opus, famulum dominus salvet pereuntem,
- 60 Pastor ovem, genitor sobolem revocet fugientem.
 O deus, o domine, sine principio, sine fine,
 Fac miserans hominem peccatis ponere finem.

22 Quos fera fors. fera mors M. 23 Est M. 24 in M. corr.
 zu et liber. 29 Flura V. 31 sumus — sumus fehlt V. 37 attu-
 limus V. 38 fehlt M. 42 nec possunt M. 44 parcetis beide, in
 V. später verändert zu paretis, was nicht in den Vers passt. 49 cres-
 centes V. 57 und 58 fehlen V.

Hierauf folgen in der Vorauer Hs. noch verschiedene in hrer Art recht schöne Stücke: 'Oratio ad Trinitatem. Tres persone principales, coeternę, coequales.' 'Oratio contra hostem. Vetus hostis in me furit, aquis mersat, flammis urit.' 'Oratio contra mundum. Jesu Christe fili dei, in te fidem cordis mei, In te jacto cogitatum, tibi subdo me prostratum.' 'De inferno. Fili David manu fortis, qui fregisti portas mortis, Tu intrare me non sinas infernales officinas.' Diese Worte finden sich theilweise in Hildeberts Oratio ad Trinitatem, Opp. p. 1337, von der hier eine andere Fassung vorzuliegen scheint. 'De penitentia. Me miserum quid agam? porto sub pectore plagam' (Marbodi, post Opp. Hildeb. p. 1574). 'De vanitate seculi. Quam miserabile, quam lacrimabile sors metuenda.' Dann kommt f. 59 die wunderliche Aufschrift 'De vanitate Scoti'. Das ist aber wieder nur einer der vielen Fehler des Rubricator, und muss auch hier heissen 'seculi'. Es ist nämlich das Gedicht Hildeberts von Le Mans 'Nuper eram locuples', Opera ed. Beaug. p. 1344, mit mancher Verbesserung des Textes. Weiter 'De contemptu mundi. Ambiguos quid et occiduos homo queris honores'. Fol. 60 v. 'Ecclesię domus ordinibus distinguitur istis'. 'Tempore ruricole paciens fit taurus aratro', in Distichen. Hierauf scheint ein Auszug aus der im Cod. lat. Mon. 6911 enthaltenen Sammlung zu folgen, von welcher ich im Anz. d. Germ. Mus. 23, 75 Nachricht gegeben habe, doch ohne die Vorbemerkungen und die Unterschriften der Bücher. Angemerkt habe ich mir zuerst 'Quodcunque attigerit', dort f. 103, doch konnte ich nach f. 61 v. 'Si legis aut scribis', dort f. 107 v. keine Uebereinstimmung mehr finden. Es folgen Stücke aus Sedulius, Prudentius, Arator mit beigesetzten Namen, f. 65 'Hora novissima' von Bern. Morlanensis, f. 68 v. 'Vox divina sonat quod nemo spem sibi ponat' (Anfang, mit einem Prolog, bei Endlicher Codd. Vind. p. 162 aus 303), 'Mortis imperium. Mors resecat, mors omne necat, quod carne creatur', f. 69 'Gloria mundi. Mundi quid sit honor, cur non tibi scribere conor?' f. 69 v. 'De contemptu mundi. Hanc similem vento vitam fore care memento'. Dann wieder Auszüge aus Horaz, Terenz, Juvenal, Ovid, Tullius de amicitia, Seneca in epistolis u. de beneficiis, Augustin u. a. m. Erschöpft ist also diese reichhaltige Handschrift noch lange nicht.

Cod. 115. chart. s. XV. Incipit Cesarius, wozu eine neuere Hand geschrieben hat: Excerpta sunt ex Cesario. 'Incipiunt miracula bona. Et primo dicendum est de distinctione hujus operis. Opus istud decem partes continet. Prima distinctio' u. s. w. wie in der Ausgabe, mit Weglassung der beiden letzten Distinctionen. Leider konnte ich keinen Druck vergleichen und meine kurzen Notizen ¹⁾ reichen nicht aus, zu

1) 1. De clerico mala intencione confesso. Clericus quidam etc.

entscheiden, ob nicht doch vielleicht die Handschrift eine genauere Untersuchung verdient.

Cod. 136 enthält auf dem vorletzten Blatt von einer Hand des 12. Jahrh. 'Viri venerabiles' (oben S. 404) und auf dem letzten folgendes Gedicht, welches mir bis jetzt nur aus einem sehr mangelhaften und lückenhaften Abdruck v. Feifalik in den Wiener SB. XXXVI, 132 bekannt ist:

Ad terrorem omnium surgam locuturus:
Omnis clerus audiat, simplex et maturus.
Nichil est quod timeat, valde sum securus:
Noster sermo percutit velut ensis durus.

- 5 Puniendi presules sunt et cardinales,
Abbates et monachi, sanctimoniales,
Sacerdotes tutuli, clerici venales,
Congregantes jugiter opes temporales.

- Quanto plus accumulunt, tanto plus marcescunt;
10 Sunt velut ydropici, quorum membra crescunt:
Cum plus bibunt, sitiunt, magis exardescunt,
Sic avari miseri numquam requiescunt.

- Quid est avaricia nisi vilis cultus,
Vanitatum vanitas, cordium tumultus?
15 Pereunt divicie, perit homo stultus,
Miser postquam moritur, statim fit sepultus.

- In sepulchro tegitur vili tegumento,
Deputatur postea miser in tormento,
Quatitur suppliciis ut arundo vento,
20 Redimi non prevalet auro nec argento.

In mundanis opibus que vos possidetis,
Cuncta transitoria sunt que vos videtis.
Querite psalmigraphum, et invenietis:
Nichil horum proprium est que vos tenetis.

- 25 Plures in hoc seculo vidi prepotentes,
Auro gemmis vestibus valde renitentes:
Demum vidi miseros illos et egentes,
Suis a minoribus cibum expetentes.

- Quid in vestris opibus, miseri, speratis,
30 Variis induviis corpus adornatis?
Ecce pauper postulat vestem nuditatis,
Quem videre, miseri, prorsus denegatis.

2. De priore qui distulit audire confessionem. Monachus quidam etc.
3. De comite qui dixit predestinationem imponere necessitatem. Comes quidam etc. 1. errorem F. 3 timeo F. Die weiteren Abweichungen übergehe ich. 7–10 fehlen F. 21–41 fehlen F.

Vos in torreatibus, clerici, jacetis,
Cortinis et palliis, verneis tapetis.

- 35 Unum vobis nuntio: Modo si gaudetis,
In futuro seculo ve ve ve! dicetis.

Semper carnes carnibus addere curatis,
Cum pigmentis species multas madidatis.
Vino meracissimo, ciphis deauratis,

- 40 Utrem ventris sordidum sepe recreatis.

Quare dum in prandio, presules, sedetis,
Ostia pauperibus claudere jubetis?
Pauper clamat vocibus admodum quietis,
Cui vix de reliquo datur quod habetis.

- 45 Homo plus vult metere quam in agro serit,
Cui plura dominus prestat, plura querit.
Vite vobis janua semper clausa erit,
Judicis sententia quam tulit, vos ferit.

- Alios ut novimus scitis ammonere,
50 Lacrimis ut valeant crimina delere.
Illis penitentie pondus sustinere
Datis, sed non digito vultis remove.

Quid subjectis honera ferre datis dura?
Acriter autentica ferit vos scriptura:

- 55 Ea qua fueritis messi cum mensura,
Metietur dominus vobis in tritura.

Mundus in discrimine jacet convolutus,
Norma rectitudinis totus dissolutus.
Regni sui gloria rex est destitutus,

- 60 Arbiter justicie jacet quasi mutus.

Obfuscatur veritas, legis lex preclara,
Immolatur puritas pectoris in ara.
Non perfecta judicum fides, immo rara,
Magis amat munera larga quam avara.

- 65 O quam detestabilis res, cum metu flenda,
Res plena livoribus, res obstupescenda:
Non est in iudicibus fides adhibenda,
Suffocat justiciam modica prebenda.

- Qui cum ordinarii legum sint censores,
70 Judicando populos magnos et minores,
Veritati detrahunt velut proditores,
. tes omnium pauperum labores.

nach v. 44 F ganz abweichend. 62 uitas Hs. mit einem ande-
ren Abkürzungszeichen als vorher in veritas. 72 das erste Wort ganz
undeutlich.

Vertor ad propositum his decursis ita:
 Sit vobis, pontifices, aliena vita,
 75 Doctrix legum omnium, auro redimita,
 Ut in celis portio nostra sit unita.

Vestra lux resplendeat luce claritatis,
 Ut exemplum conferat jure sanctitatis.
 Nam dum cecus sequitur cecum in peccatis.
 Pariter in foveam cadunt cecitatis.

Cod. 151. Der 'Tractatus de sectis hereticorum' ist aus Isidors Etymologien entlehnt.

Cod. 294. Der Dialogus inter clericum et militem beginnt: 'Temporibus Berengarii hujus nominis primi, qui post Lodovicum tertium Romanum rexit imperium, erant duo germani fratres, quorum unus clericus et alter fuit milicie cingulo decoratus'. Jener erhält ein Bisthum und widmet sich nun ganz demselben, ohne an den Hof zu kommen; darüber wird eine lange Disputation in humanistischem Latein gehalten. Alles bezieht sich auf italienische Verhältnisse, aber ganz allgemein gehalten, ohne irgend eine bestimmtere geschichtliche Anknüpfung. Dass die angegebene Zeit nur eine ganz willkürliche Einkleidung ist, ergibt sich schon aus der Erwähnung von Dominicanern.

Nachdem ich Vorau wieder verlassen hatte, blieb mir noch Admunt übrig, welches ich am 25. August erreichte. Man schreibt jetzt gewöhnlich Admont, weil man es fälschlich erklärt als 'ad montes', allein die Schreibart der ältesten Urkunden ist Ademundi u. Agymund, was sehr deutlich die Mündung der Ache als den Ursprung des Namens bezeichnet, wie auch P. Jacob Wichner in seiner Geschichte des Stifts (1874) S. 7 bestätigt. Seit 1847 hatte ich das schöne Kloster nicht gesehen; seitdem war es am 27. April 1865 einer furchtbaren Feuersbrunst zum Raube geworden. Das imposante Refectorium mit den Bildsäulen der Stifter ist zerstört, das Archiv verbrannt, aber die Bibliothek mit ihrem ganzen Inhalt ist gerettet; mitten im Feuer hat der feste Bau seine Widerstandskraft bewährt, der Fussboden dem Feuer im Keller, das Gewölbe dem brennenden Dachstuhl Stand gehalten. Die Kirche ist jetzt in gothischem Stil schön und geschmackvoll hergestellt; die Stiftsgebäude sind noch unvollendet und von der alten Herrlichkeit weit entfernt, wenn auch noch immer recht stattlich. Die Nachwirkung des grossen Verlustes aber ist überall sehr fühlbar. Ich jedoch habe in der Gastlichkeit der Aufnahme keine Veränderung empfunden. P. Zeno Müller, damals Pfarrer in Hall, ist jetzt Prälat, und empfing mich mit der liebenswürdigsten Güte. Die Sorge für die Gäste hat jetzt der Supprior P. Wilfrid Schmidt, der sich meines früheren Besuches noch freundlichst erinnerte, und der

damalige Gastmeister, P. Friedrich Schäfer, Dr. u. Prof. der Theologie, ist jetzt Prior. Allgemein verehrt wegen seiner immer gleichen Milde und Freundlichkeit, begrüßte er auch mich nach so langer Zeit mit unverminderter Herzlichkeit und verhalf mir sogleich zu den Handschriften, deren Untersuchung ich mir vorgenommen hatte.

Cod. 267. saec. XII. enthält nach den Quirinalien des Metellus ein Gedicht in leoninischen Hexametern über den ersten Kreuzzug, dessen im Arch. VI, 174 von Muchar mitgetheilte Anfang die Vermuthung erregt hatte, dass es vielleicht der Solymarius vom Vf. des Ligurinus sein könnte, obgleich allerdings schon die leoninische Form dagegen sprach. Die Kennzeichen, welche im Ligurinus angegeben sind, entschieden auch wirklich gegen die Identität; ebenso wenig aber stimmt dieses Gedicht zu dem Cölner Fragment (Arch. XI, 744), welches deshalb um so grösseren Anspruch auf Beachtung hat. Der Vf. hat sich nicht genannt, und ich habe auch nicht die geringste locale oder persönliche Beziehung entdecken können; nur dürfte die unten S. 416 abgedruckte Stelle einen französischen Verfasser ausschliessen und für einen Deutschen entscheidend sein, da sie nicht durch das Original veranlasst wurde. Die Verse sind fliegend und nicht ohne Geschick gemacht, die Reime aber ungenau, oft auch von Vers zu Vers; alles aber ist nur eine ganz genaue Versification des bekannten Werkes von Robert von Saint-Remi ohne die geringste sachliche Zuthat; also ein neuer Beleg für das Gefallen an solchen rein formalen Leistungen. Einige Proben werden genügen, um eine Vorstellung davon zu geben.

Declaratio vel prefatio subscripti carminis,
quid vel unde reserat.

Belligeras audite vias Jerosolimitae,
Et quicumque sacri gaudetis honore sepulcri.
Fortis rimetur miles, quid in his imitetur,
Desinat esse procax vulgus sine viribus audax.

5 Heroum fortes actus memorabo, cohortes
Signatas gentem ferro pepulisse furentem,
Quę retinendo diu sacram temeraverat urbem,
Oppressamque neci domini dabat impia plebem.
Succincte pergam, foris appendentia tergam,

10 Et causas referam, nec jura poetica queram,
Quis aliquam spingam¹⁾ mendaci crimine fingam,

1) Hierzu das Scholion: 'Quinque sunt genera simiarum. E quibus spingę villosę sunt simię. significat autem fabulosas rerum deformationes in poetis'. Es ist nebst dem unten mitgetheilten das einzige, mit Ausnahme eines o über jedem Vocativ, und einiger unbedeutender Interlinearglossen.

- Nec cantabo feram pomposa laude chimeram,
 Quo super extollam res atque modum sibi tollam,
 Ut declamator, sed vera notabo relator,
 15 Proditā diffuse stringens moderamine Muse.

Initialis causa et institutio expeditionis
 Jerosolimatane.

- Venerat eoīs Romam legatus ab oris,
 Captivē terrę missus lamenta referre,
 Turcopoli victam quam subdiderant sibi totam,
 Regibus ereptam Grecis, urbem quoque sanctam
 5 Ex annis multis fedantes rebus inultis.
 Crebrius auditis rumoribus ac repetitis,
 Fines Gallorum presul Romanus adivit,
 Urbanus dictus; sinodalis turba coivit .
 Ad Montem clarum pro causis ecclesiarum.
 10 Illic astiterant plures et plura ferebant,
 Quos diversorum gradus extulit officiorum.
 Pontificum multi, de principibus quoque multi,
 Ordine curarum disceptarunt variarum,
 Presulis examen quibus afferret moderamen.
 15 Tandem cum cleri cetus desisset haberi,
 Delatis causis condigno limite clausis,
 Exiit in latam venerandus papa plateam,
 Qua collectorum poterant turme laicorum
 Cernere presentem nec non audire loquentem.
 20 Iris ut huc procerum fluvios traxit populorum,
 Lux mediis stat rebus, et antistes quasi Phebus
 Rethorica pollens dulcedine dixit ad omnes:

Sermo papę Urbani ad principes Francie.

Gallica gens dilecta deo, munimine tecta
 Atque referta bonis transalpine regionis u. s. w.

Es ist einfache Paraphrase. Die folgende Ueberschrift ist:
 'Quale belli signum acceperint, et quemadmodum cruce suscepta
 Podiensis episcopus eis prelatus sit'. Dann, aus Roberts zweitem Buch genommen:

Qualiter in exterās terras expeditio dilatata sit.

Fama volans omnem late commoverat orbem:
 Flandria, Normanni, cum Francigenis Alamanni (i. e.
 Teutonici),

- Ut patrie sedes gens quęque tenet propiores,
 Per mare vel siccum, regnum petit undique Grecum.
 5 Longobardorum manus illuc aut Italarum
 Primitus advenit, sed ibi feriata resedit,
 Donec Teutonici venerunt, post quoque Franci,
 Quorum victrici vult nomine Gallia dici,

- Dum regnis adici veteris cepit Ludewici,
 10 Fons licet illorum sit Francia Teutonicorum,
 Major ni fallar sceptris, nec viribus impar,
 A qua discerni Franci petiere Latini,
 Cesaris Arnolfi valida pressi ditione,
 Hos proprio qui rege frui permisit Odone.
 15 Sed jam cunctorum pariter spaciamur eorum (sic!).
 Miles adit pridem Romanam Gallicus urbem,
 Tam numerosus ut urbs populum non clauderet ejus,
 Et plures extra muros sua ponere castra
 Compulsi fuerint, intus loca nulla vacarint.
 20 Illic orantes, sanctosque dei venerantes,
 Parvo detenti sunt tempore, sicque profecti.
 Inde per Apuliam patuit via rebus opimam:
 Hic vir jocundus, princeps terre Boimundus,¹⁾
 Associatur eis, frater ducis Apuliensis,
 25 Classibus hunc tantis illa de gente secutis,
 Ut post captis, Constantinopolim quoque tractis
 Cunctis Francorum primoribus, ille suorum
 Se defensaret turmis, Grecos superaret.
 Dum parat hic sumptus, pertransiit equora cunctus
 30 Francorum cētus, trino de littore vectus,
 Barris et Orrentum²⁾, per Brundosum quoque portum
 In mare contendunt, ad Durachii loca pergunt,
 Quo sicut dixi, simul omnes denique capti
 Constantinopolim vadunt proceres seriatim.
 35 Miserat edictum rex Grecus taleque jussum,
 Ut caperentur ubique vię sancte peregrini
 Et presentarentur ei, cupiens sibi subdi
 Ipsos cum terris, caperent quos robore belli.
 Greca fides permixta dolis post claruit ista,
 40 Qua tamen implevit deus ipse quod utile novit,
 Scilicet ut nostros per terram vel mare sparsos,
 Colligeret cuneum supremus rector in unum,
 Ne si per partes scissi ferrentur in hostes
 Forte minus cauti, morerentur cede subacti.
 45 Ad Constantini sedem ducti peregrini,
 Gallica sub Grecis demittunt classica dextris,
 Docta parens doctam vicitque sophismate natam;
 Grecia nam mater, sed Gallia nata patenter
 Emicat: hec genuit studium prior, istaque nutrit.

De Petro heremita ejusque consecraneis.

Res monet ecce stilum retro versare pusillum,³⁾

1) Es ist überall Boam. gleichzeitig in Boim. geändert. 2) Barim und Otrentum im Original. 3) Der folgende Vers ist in dieser Verbindung unverständlich und gehört vielleicht oben zu v. 15.

Formidandorum pariter quoque Teutonicorum.
 Petrus erat vita famosus tunc heremita,
 Non prudens, sed amore tumens laudis capiente,
 5 Se ludens forma tantum virtutis habende,
 Atque vigore carens omni vite reverende,
 Non sumens panem, renuens episumine carnem,
 Vina tamen reliquasve probans non segniter escas.
 Deliciis captus, falso celebs reputatus,

- 10 Seque sciens aure populari conciliare,
 Abbates et pontifices superabat honore,
 Ejus uti sacro dum plebs penderet ab ore,
 Et quod jussisset tamquam legem tenuisset.
 Hic equitum multis peditumque globis sibi junctis
 15 Ex Alamannorum regione novi cupidorum,
 Terram Pannonicam pertransiit, indeque Grecam
 Metropolim petiit u. s. w.

Es folgt 'De pugna Galterii et eversione castr.' 'De
 Gotfrido duce et fraude Alexii imperatoris.' 'De expeditione
 Boimundi et hereticorum conversione'. 'De pugna cum Pin-
 cenatis et Turcis.' 'De adventu Hugonis Magni et principum
 reliquorum in Constantinopolim':

- Hugo valens armis septusque cohortibus almis,
 Viderat egregias Constantinopolis arces
 Comprensus, sed ei nolens quoque, Grecia, parces,
 Dum tutor Gotfridus ibi sit, dux sibi fidus,
 5 Qui consanguineus plane dinoscitur ejus,
 Quique cor illius primus possedit amicus,
 Dum gratum gratis dat uterque decus probitatis.
 Advenere simul Podiensis ab equore presul
 Cum primate tuo, sacer Egidi, Raimundo,
 10 Nortmannus cum gente sua comes arma ferente,
 Flandrensisque comes sua comminus agmina ducens,
 Compar habens eque Rōbertus nomen uterque.
 His de Carnoto comes ille satellite moto
 Se Stephanus jungit, qui post sine vulnere fugit.
 15 Isti primores summi pluresque minores,
 Quos declarari longum foret ac numerari,
 Miliciam Christi bello duxere periti.
 Armis instructi, clipeorum tegmine culti,
 Duris induti loricis, casside tuti,
 20 Crura tegunt ocreis; alii thorace galeris
 Muniti, missas relegant sine clade sagittas.
 Fulmineos enses vibrant hastasque meantes.
 Sic equites; verum pedites cunctive clientes,
 Omni telorum specie septi variorum,
 25 Ac gladiis cincti clipeos pharetrasque gerebant,
 Et terrore suo cernentes afficiebant

Hostes, qui solam famam crebro fugiebant,
 Quorum desertas urbes nostri capiebant.
 Dum procedebant, Oriens totus metuebat,
 30 Sole micante jubar quis enim sufferre valebat,
 Cui radians armis regio regio velut ethra nitebat u. s. w.

Dann kommt 'De adventu Boimundi in Constantinopolim et oratio ejus exhortatoria ad principes et milites' und 'Conventio regis Grecorum et principum expeditionis. et de urbe Constantinopolitana'. Hierauf folgt die *Pars secunda*: 'Exitus illorum á Constantinopoli'. 'Obsidio urbis Niceę et pugna cum Turcis'. 'Processus in Romaniam et bellum grave cum Solimanno duce Turcorum'. Am Schlusse stehen hier die Verse:

Quid faceret Turcus populusque per omnia spurcus,
 Ni sua terga daret, quo venerat et remearet?

Dieselben hat auch Robert, und sie sind wohl von ihm entlehnt. Weiter 'De tempore pugne et numerositate gentium, de sepultura occisorum, de spoliis et fuga ducis adversi'. 'Qualiter fugientes persequentibus nostris arte sua nocuerint'. 'Quomodo Baldwinus et Tancredus Tharsum ceperunt'. 'Traditio Athenarum et aliarum urbium, et transitus per Capadociam'. Hier heisst es:

Quondam verbigene Francis traduntur Athene,
 Se quoque non frustra dedit memoranda Manustra.

Der Verfasser denkt also an das attische Athen, und hat Mamistra falsch gelesen. Dann folgt 'Mansio in Bosor, expugnatio castris publicanorum, urbs Rusa tradita, et via dura'. Hier kommen die Verse vor, welche zu der von mir angegebenen Stelle des Cölner Fragments nicht stimmen:

Rursus nugarum gerulus fallit Boimundum,
 Antiocenum jam murum referens adeundum,
 De quo fugissent Turci, quia pertimuisent
 Agmina Francorum comperta clade suorum.

Hierauf *Pars tertia*: 'Dispositio urbis Antiocene et pugna contra paganos'. 'Inicium obsidionis ejusdem urbis'. Darin folgende Stelle:

Postquam collegere cibos, opus excoluere:
 Plurima cessuris tarde fit machina muris,
 Turres, baliste, sus¹⁾, falx, aries quoque, talpe.
 Tela, sudes, funde, per castra parantur habunde.
 Que tamen armatura nichil fuerat valitura,
 Dum muris prorsus sit inexpugnabilis hec urbs,
 Ac defensores tot eam tunc incoluissent,
 Ut nostros bello campestri non timuissent.
 Bosforus²⁾ aurore rutilo colluxerat ore,
 Exurgunt propere Phebo redeunte catervę etc.

1) Fehlt bei Robert.

2) Robert richtiger Phosforus.

‘De pabulatoribus predatis vel occisis et pugna vindicatis’.
 ‘De fame in castris, et pugna deforis, et ante urbem, preda divisa’.
 ‘De pugna ante urbem et oratio Boimundi exhortatoria ad milites’.
 ‘De inopia victualium in castris, et de fuga Gwillelmi’.
 ‘Item de fame et equorum raritate, de pugna et preda castris inde reducta’.
 ‘De xii regibus Babilonię et pugna cum eisdem’.

Invidus hisce bonis rex Niliacę Babylonis,
 Partibus Egypti, Cambises, quam statuisti,
 Reges bisenos transmisit ad eripiendum
 Obsessam Francis urbem Turcis retinendam.

Hierzu das Scholion: ‘hic est Cambises qui et Nabuchodnosor, sub quo Judith hystoria peracta est’.

‘Qualiter a duce Gotfrido maximus regum gygas occisus est et omnes xii perierunt centum milibus hostium peremptis, et de spoliis’.
 ‘De legatione regis Babilonici et responsio principum’:

Sic habitum rerum cursu variante dierum,
 Precursor veniebat qui ducibus referebat,
 Adventare sequente die, si pace manente
 Possent, legatos Babilonis ab urbe citatos.

- 5 Consensere duces, ornari castra jubentes,
 Ne missi reduces caperent spem, nuda videntes
 Ipsa nec ullorum redimita bonis spoliis.¹⁾

Infixis terrę sudibus clipeos posuere,
 Ut fierent castris quintane, ludus equestris.

- 10 Alea, milicię gaudentis ludicra queque
 Munia fervebant, dum legati veniebant,
 Qui mirabantur quia tam leti videantur
 Franci, fama domi quos vulgarat Babylo-
 ni Labe perire famis, trepidare fugacibus alis.

‘De duorum structura castrorum et preda castris adducta, ac pace data.’ ‘De colloquio Boimundi cum Pirro Antioceno.’ ‘De pace violata morte Walonis.’ ‘De traditione urbis Antio-cenę.’ ‘Invasio urbis et pugna de castro superiori.’

Pars quarta: ‘Expediit regis Persarum contra nostros.’ ‘De duce Corbaran qualiter superius castrum accepit et litteras proinde domum misit.’ ‘De pugna inremissa et fame defectu-que nostrorum.’ Doch ich verzichte darauf, alle Ueberschriften zu geben, ganz genau schliesst der Vf. sich Robert an, bis zum Schluss, wo nur die letzten Bemerkungen über Jerusalem fortgelassen sind. Das Ende lautet:

Inde domum cuneos duxit rex atque sacerdotes.
 Ast urbi sanctę victrix globo propiante,
 Miles eam passus bis mille procul fore passus,
 Conjubilando locum ferit omnem fulmine vocum,
 Pectine Musarum discriminat artificarum

1) Bei Robert ist es nicht ausdrücklich als Kriegslist bezeichnet.

Ymnilogos cantus, resonant mons ethera campus,
 Sistra, tubę clangunt, popularia cantica pangunt.
 Exierant leti custodes arce relictı,
 Laude receperunt proceres, carmen cecinerunt
 Sollempni de more, dei vel regis honore.
 Gloria Rūdberto pro munere crevit honesto,
 Qui cum Normannis rupit turmas Babylonis.
 Standarus aureolo cono capitatus, ab illo
 Hostibus ereptus, nitet in sacra dona receptus,
 Ad vitę certum pignus domini monumentum.
 Libris viginti precium dono fuit isti,
 Sed signi gladius quem gessit portitor hujus,
 Et sibi victor ademit, eum miles probus emit
 Merce bisantei deno sub limite seni.
 Urbs spoliis crevit, bello pacata quieuit.

Cod. 289 mb. oct. saec. XII. inc. Anselmi Meditationes, sehr schön geschrieben mit Miniaturen, welche für diese Zeit recht gut gerathen sind. Eine auf der Rückseite des ersten Blattes füllt die ganze Seite; Anselm im Ornat thronend überreicht ein Buch einer vor ihm stehenden weiblichen Gestalt (Mathilde). Die obere Hälfte der folgenden Seite enthält wieder ein Bild, Anselm, ebenso dargestellt, überreicht mit beiden Händen je zwei Knaben Spruchbänder; darauf Worte des Prologes. Dieser folgt dann und lautet so:

Anshelmus indignus Cantuariensis ecclesię episcopus, reverendę cometisę Mathildę salutem. Placuit celsitudini vestre ut orationes quas diversis fratribus secundum singulorum petitionem mitterem edidi (sic). In quibus quamvis quędam sint quę ad vestram personam non pertineant, omnes tamen volui mittere, ut si cui placuerit, de hoc exemplari eas possit accipere. Quę quoniam ad excitandam mentem legentis et ad dei amorem seu ad suimet discussionem sunt editę, non sunt legende cursim vel velociter, sed paulatim cum intenta et morosa meditatione. Nec debet intendere lector quamlibet earum totam legere, sed tantum quantum ad excitandum affectum orandi ad quod factę sunt sentit sibi sufficere.

Wieder folgt ein Bild, Christus thronend in einer Mandorla, oben an beiden Seiten Engel, unten zu seiner Rechten knieend Anselm mit dem Spruchband: *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper* (Ps. 18, 15), zur Linken Mathilde, hier wie vorher mit sehr weiten herabhängenden Aermeln, mit dem Spruchband: *Meditabor ut columba* (Es. 38, 14). Die Worte sind mit Neumen versehen.

Dann folgt der Text: 'Omnipotens deus et misericors — ita non ut esuriam neque sitiam in eternum. Amen'. Von dem gedruckten Text ist das ganz abweichend; eine Vergleichung habe ich nicht angestellt. In der Widmung dagegen stimmt

der zweite Theil von Quoniam an zu der Vorrede (bei Migne 158, 709), aber von dieser Zuschrift an die Gräfin Mathilde scheint sonst durchaus nichts bekannt zu sein.

Cod. 390 mb. qu. saec. XII. in dem Katalog des P. Benedict Stadlhofer bezeichnet als *Cornelii Secundi Cosmographia stylo Africano conscripta*, was meine Neugierde erregte. Schon in dem alten Katalog von 1380 steht '*Cosmographia Cornelii*', und aus dieser Zeit mag auch die Aufschrift stammen f. 4 '*Incipit Cosmigraphya Cornelii Secundi*', wo der letzte Name nicht von derselben Hand geschrieben ist. Der Text aber, welcher nun folgt, ist nur ein Stück des Marcianus Capella von l. VI p. 586 '*Tandem igitur philosophia*' an, gleichzeitig am Rande und auf den vorhergehenden Blättern bereichert durch Auszüge aus Solinus und einige astronomische Zeichnungen. Zuletzt folgt f. 13: '*Cinei orti*' ab Jethro genero Moysi Obab ipse est Jethro Madian. Mello plenus est vel plenitudo interpretatur. Mello arx mirę altitudinis quam edificavit Salemon in Jerusalem' u. s. w. bis: '*Emmaus castellum. nec civitas Nicapolis dicitur. Ariopus est Athenis a Marte dicta. Bel idolum est Babilonicum et interpretatur vetustas. fuit vero hic idem Belus pater Nini regis Assiriorum*'.

Dann folgt f. 14 '*Cosmographia Ethici philosophi. Verba Ieronimi translatoris Ethici predicti*'. Doch ist auch diese Ueberschrift von jener neueren Hand. Von alter Hand steht unten ganz klein: '*Incipit liber ethico translatus philosophico edito oraculo Ieronimo presbitero dilatum ex cosmographia. i. mundi scriptura. Edit philosoph cosmograf*'. Der Anfang des Textes ist der bekannte '*Philosophorum scedulas*'. Der Schluss f. 34: '*reliqui quos nos indaganter investigavimus. Explicit liber ethici philosophi*'. Dann die Buchstaben, und noch allerlei Excerpte. Der Text ist sehr fehlerhaft.

Cod. 443 mb. saec. XII. Anonymus Mellicensis, ein sehr correcter Text, welcher an sehr vielen Stellen Verbesserungen zu der Ausgabe von B. Pez nach einer Melker Hs. saec. XV. bietet. Er folgt auf den Gennadius, welcher schliesst '*ad tempus declamare*' (Schluss von c. 93). Aus dem Rudolphus abbas p. 156 Fabr. wird hier: '*Frouolfus abbas tum in aliis artibus, tum in musica acutissimus fuit. qui etiam inter alia cronicam scripsit*'. Das ist also der 1103 verstorbene Mönch von Michelsberg, der hier irrthümlich zum Abt gemacht ist. Denn da der Name so selten ist und auch von diesem Frouolf eine Chronik erwähnt wird, die wir leider nicht besitzen, wird die Identität nicht zu bezweifeln sein; s. Jaffé, Bibl. V, 537. Aus dem Musiker Fucraldus p. 157 wird der bekannte Hucbaldus. Neu ist das vorletzte Capitel: '*Gerlandus vir litteris adprime eruditus scribit inter alia commentum in Cantica canticorum. Librum quoque quem Candelam nuncupavit, et*

alium de computo scripsit. Scripsit preterea satis utilium collectas sententiarum.' Der letzte Satz ist in den alten Ausgaben seinem Vorgänger Gerald zugetheilt.

Auf dem Hinterdeckel dieser Handschrift steht in Schriftzügen des 13. Jahrh. ein rhythmisches Gedicht gegen die Bettelmönche, aber so fehlerhaft und lückenhaft, dass ich es nur mittheilen kann, nachdem ich durch die Güte der Herren F. Kaltenbrunner und Dr. Victor Bayer eine Vergleichung mit der Wiener Handschrift 4134 s. XV. f. 193 erhalten habe. Diese ist jedoch sehr schlecht geschrieben, und namentlich in dem grossen Stück, welches sie allein hat, ist die Lesung oft zweifelhaft. Die Verse lauten:

- | | |
|---|---|
| Altitonans celicola,
terre factus incola,
sapiens agricola
vineam plantavit, | 25 Nunc cultores veniunt,
qui leges adinveniunt:
hii labruscas leniunt
et palmites confodiunt. |
| 5 In quam operarios
ad labores varios
per singulos denarios
plurimos vocavit. | Veniunt cum saculis
30 et fruuntur baculis,
venenatis jaculis:
archana queque prodeunt. |
| Quibus non illicitus
10 precepit, sed sollicitus,
ut steriles radicitus
arbores evellant:
Ut purgata glarea,
sicut scopis area, | Pastores et vicarii,
qui estis operarii:
35 viri sunt nefarii,
tollunt que plantastis.
Scripta negant vetera,
quid dicam inter cetera?
se tollunt ad ethera, |
| 15 ydola tartarea
deforis expellant. | 40 metunt quod seminastis. |
| Est evulsa spinea
frutex in hac vinea,
ubi numquam tineas
20 thesauros demolitur.
Sed heu jam suboritur
spina, rosa teritur,
flos vernalis moritur,
tribulis vestitur. | Fratres Franciscini,
simul et Paulini,
bini quoque bini
mundum perscrutantur.
45 Hii labores abnegant,
sed dispersa congregant,
contra clerum allegant:
recte nominantur |

v. 6 fehlt A. 8 locauit V. 10 se V. 12 euellauit V.
13 laria A. 14 sit cum A. scobis V. 17 Expurgata V. 20 de-
mollitur A. 23 vitalis V. 24 tribulus A. 25 Hii c. V. wo 29—32
voranstehen. 27 et l. V. — as le unlesbar in A. 28 et fehlt V.
effodiunt V. 29 sacculis V. 31 et uenenosis V. 32 produnt A.
33 O sacerdotes vicarii V. 34 o legis op. V. 35 hii phiri neph. V.
36 quod V. 38 per cet. V. 39 tollut V. 41 francissini A.
42 simul Jacobini V. 44 percunctantur A. 45 Et A. 46 et
diuersa V.

Falsi pseudoprophete
 50 Christi, non adlete,
 qui suum jactant rete
 in predam sacerdotum.
 Piscantur cum hamo,
 oris venantur ramo,
 55 constringunt cum chamo,
 sic concludunt totum.

Tollunt vota cleri
 sub figura veri:
 cum quis vult confiteri,
 60 veniat ad illos.
 Si sit usurarius,
 adulter, fornicarius,
 vel sit tabernarius,
 qui ludit ad taxillos;

65 Predo, fenerator,
 fur, latro vel mercator,
 judicii causator:
 opus quodcunque sciunt.
 Quicquid sit in patriis
 70 preclusum vel in atriis,
 suis dent consorciis:
 omnes salvi fiunt.

Predicant clamose,
 tractim et morose,
 75 sed dicunt jocose:
 'Date tabulariis,
 Qui nostras ferunt tabulas'.
 Inducunt fictas fabulas,
 loquendo parabolas,
 80 dicentes pro denariis:

'Nequaquam peccamus,
 sed vigiles oramus
 et acriter clamamus
 vestra pro salute.
 85 Sed non date talibus,
 qui petunt hospitalibus
 cum literis papalibus,
 non enim datis tute'.

Sic in Petri naviculis
 90 diversis sub articulis
 laborant, ut agniculis
 pelliculas deponant.
 O utinam extingues,
 deus, hos bilingues,
 95 qui sicut thauri pingues
 mugiunt et tonant.

Sunt etiam converse,
 que locantur per se,
 ut verius inter se
 100 sit habitus legalis:
 Soror Amabilia,
 juncta cum Cecilia,
 fratris Privialdi filia
 Perhta specialis.

105 Elizabeth, Cristina,
 Lukardis, Katherina,
 depingunt in cortina
 Petrum Dominicum
 Decoris in picturis,
 110 devotis et figuris,
 mentibus nam puris
 gerunt cor obliquum.

49 False V. 50 athlete V. 51 rethe V. 54 venantur oris V.
 55 in quo constringunt thamo V. 59 si quis V. 61 tabernarius V.
 63 si sit usurarius V. 64 qui luserit taxillos A. 66 latro forni-
 cator A. 67 vel falsus seminator V. 68 quique malum sciunt V.
 69 Si quid habent V. 70 p. sub a. A. 71 cum suis consorciis V.
 suis dent confratribus A. 73 clamorose V. 75 et inferunt V.
 77 vestras V. 78 fictas indicunt V. 79 fehlt A. 81 Nos non
 predicamus V. 83 et communiter cl. A. 85 detis V. 88 hiis
 non d. V. 89 Sed A. Sic petunt sub articulis laborant ut agniculis et
 suis agniculis p. deponunt. V. 93 Precamur ut V. 95 velut V.
 97 diuerse A. 98 qui A. qui locum habent per se V. 102 Suta
 cum A. 103 Preualdi V. 104 Berta spiritalis V. 105 Beatrix
 Chr. A. 106 Leukardis Katerina petunt dominis cum A. wo dann
 nach einem † gleich folgt: clade pestis (v. 202). 109 Dec. hii p. Hs.

Et tu Adelheidis
devota bene credis;
115 tu circuis et redis,
ut visites ad fores.
Et cum sint sepita
fratres nolunt ita
quod cum suis magis trita
120 ut instrues minores.

Illa redit mane:
‘Frater Christiane,
dico tibi plane,
dives quod egrotat.
125 Uxorem habet parcam,
ad vestram tamen archam
ordinavit marcham,
quod nemo tantum
notat’.

Tunc currunt ad petentem,
130 juvenem gementem,
divitem languentem,
et ajunt ad illum:
‘Fili, nos dolemus,
ut jurare valemus,
135 quod te sic videmus
viribus pusillum.

Nobis confitearis,
exinde tu salvaris,
si nostris confirmaris
140 refertam culturam.
Ad latus monasterii
in orto cimiterii
precipiemus erigi
tuam sepulturam.

145 Ne cures sacerdotes,
aut illis bene votes,
quod per suas dotes
regunt mulieres.

Si sepulturam queris
150 ad fratres, nunquam peris
in anima, sed eris
regni celestis heres’.

Dum currunt per villam,
servum et ancillam,
155 hunc simul et illam,
virum et matronam,
Angariant pro brasio,
pro butiro, caseo,
suoque gymnasio
160 cumulant annonam.

Dum currus est repletus,
frater Phylotetus
redit domum letus,
fert lanam, ova, linum.
165 Tunc juvenis Susanna,
sorore cum Johanna,
veniunt cum canna
ferentes ei vinum.

Sororque Gerdrudis,
170 cum qua sepe ludis
genubus sub nudis,
gaudet quod venisti.
‘Michi linum tradas,
barbam hanc abrasas,
175 ad nostram domum vadas,
videbis que nunquam
vidisti’.

Pace sub tranquilla
sedet ibi Hilla,
pulcherrima Sibilla,
180 decenter ornata.
Sedet Margaretha,
sorore cum Agnetha,
et bibunt sine meta.
Sic vadunt ad strata.

115 reddis Hs. 117—120 weiss ich nicht in Ordnung zu bringen; viell. c. sis magistrira, tu. 131 lagwentem Hs. der Schreibart des 15. Jahrhundert entsprechend; so steht auch v. 95 pigwes. 159 suoque j gijmphasio Hs. 170 cumque Hs. 176 Des Metrums wegen müsste ‘nunquam’ wegfallen. 178 sedit Hs.

185 Tunc frater Matheus,
Allexius, Longeus,
tunc frater Zacheus
transeunt sub sepe:
Et frater Thatheus,

190 Paulus, Elizeus,
Johannes minor deus,
surgunt valde lete.

Hii laborant in ortis
pulcherrime cohortis
195 tamquam leo fortis:
sic plantant arbusta.
Hii absorbent fontes,
et peccatorum montes,
et claudunt post se pontes:
200 sic devorant locustam.

O pater celestis,
ab hujus clade pestis,
ecclesiam qui vestis
multiplici decore,

205 Nos libera, nos munda,
ut vinea jocunda
valle tam profunda
purgetur ab errore.

Exinde dulcissimi,
210 famuli sanctissimi
ac deo karissimi,
Christus exoretur,
Ut sua sancta gratia,
et per sua solacia
215 illorum fallacia
mundus liberetur.

Hoc beata trinitas,
deitas et unitas,
ac simplex dei m s
220 det nobis in secula,
Ut post finem vite
dicat cunctis rite
deus: 'Huc venite
ad eterna secula'.

Damit waren für dieses Mal meine Arbeiten beendet und ich verliess am 30. August das Stift Admunt mit lebhafter Dankbarkeit für die mir so gütig gewährte Gastfreundschaft.

188 transit Hs.	192 lethe Hs.	202 bei 'clade' fährt A. fort.
203 vineam quam V.	206 ut fehlt A.	207 paludū cā pr. A.
208 errore Amen. A. welcher hier aufhört.	209 Exinde zweifelhaft.	

Berichtigungen und Nachträge zu den ersten Bänden.

Band I, S. 408, Anm. 1, Z. 6 v. u. ist nach 'asseruit' das Wort 'seismaticus' ausgefallen.

Band II, S. 375, Z. 8 v. u. l. Venetianischen (statt: Römischen).

S. 377, Z. 21 v. o. l. Urbin. (statt: Barberin.).

S. 378, Z. 18 v. o. l. 96 (statt: 56).

S. 448, Z. 6 v. u. l. 4998 (statt: 4918).

S. 605. Die Schriften des Andreas Floriacensis sind nicht ungedruckt, s. darüber im folgenden Hefte die Beilagen VIII und IX.

S. 616, Z. 3. v. o. l. Marczali (statt: Marcali).

Zu S. 402 zur Erklärung des Verses:

It capra . fertur olus . redit hec . lupus it . capra transit.
schreibt mir Herr Superintendent Dr. G. D. Teutsch aus Hermannstadt:

'Sie schliessen mit Recht, es werde darin auf eine Fabel angespielt. Nun, es ist die hübsche Räthselgeschichte, mit der von Geschlecht zu Geschlecht das junge Volk in unsern Bauerngemeinden die langen Winterabende kürzen hilft. Ein Mann hatte eine Ziege, einen Krautkopf und einen Wolf. Diese sollte er über einen breiten Fluss führen, wobei aber der Kahn nur ein Stück fasste. Da war er nun in rechter Sorge, wie es zu machen sei, dass ihm keines verloren gehe. Denn hätte er etwa den Wolf zuerst hinübergeführt, so hätte inzwischen die Ziege das Kraut gefressen; oder hätte er die Ziege zuerst hinübergeführt und dann das Kraut, so geschah, bis er den Wolf holte, dasselbe, oder das Kraut zuerst, so frass inzwischen der Wolf die Ziege u. s. w. Rathe denn, wie machte er es?

Jener Vers enthält es und ist eine ganz artige Denkzeile, weil der Vorgang in der That nicht leicht im Sinn zu halten ist. Er führte zuerst die Ziege hinüber, am zurückgelassenen Kraut vergriff sich der Wolf nicht. Zurückgekehrt nahm er den Krautkopf ans andere Ufer mit, brachte jedoch, um die Ziege nicht in Versuchung zu führen, sie sofort wieder in dem Kahn ans andere Ufer, nahm dann den Wolf mit hinüber, und dann zum zweiten Mal endgültig die Ziege'.

Zu S. 613 schickt Herr Prof. Zarncke folgenden Nachtrag:

Vor kurzem ist mir noch eine fernere Ueberlieferung der dritten Charta bekannt geworden. Sie ward bereits im 17. Jahrh. gedruckt, in Steph. Baluzii Miscellaneorum lib. II (Paris 1679), S. 258 fg., ex codice 635 bibliothecae Colbertinae; wiederabgedruckt in der Ausgabe von Mansi I (Lucae 1761), S. 191 fg. Hier ist die Charta dem Schreiben eines Unbekannten in seine Heimath beigelegt (*Transmitto etiam vobis omnia nomina regionum quas praedictus David cepit et expugnavit*), das am 20. März 1221 zu Antaradus¹⁾ (*apud*

1) Zwischen Antiochia und Tripolis, also im nördlichen Syrien, in der Nähe der Küste.